SYLVESTRI
ZACCHIAE
I. C. ROMANI

DE MODO VALIDE CONTRAHENDI
Societates super officijs Romanæ Curiæ, siue ad formulam
Instrumenti Societatis officij, Discursus.

ACCESSERVNT DECISIONES LXXXI. SACRÆ ROT. ROM.
DE MATERIA TRACTANTES.

CVM ADDITIONIBVS
ad suas resolutiones de obligatione Camerali.

CVM QVADRVPLICI INDICE.

ET CVM PRIVILEGIO.



ROMÆ Ex Typographia Cameræ Apostolicæ. M. DC XIX.

SVPERIORVM PERMISSV.

Imprimatur si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.
Cesar Fidelis Vicesger.

Iussu Reuerendiss. P. S. Pal. Ap. Magistri præfatum discursum, ac Formulas ineundi societatem super officijs Rom. Curiæ à D. Syluestro Zacchia compositum, vidi, & legi, nihilq; inueni, quod bonis moribus, ac rectæ fidei sit minus consonum. Die 1. Septēb. 1618. *D. Constantinus Palamolla Theol. professor, & Cler. Reg. S. Pauli.*

Retroscriptum discursum, ac formulas ineundarum societatum super officijs Romanæ Curiæ Iussu Reuerendiss. P. Sac. Pal. Ap. Magistri vidi, & diligenter perlegi, & nihil in eis reperi quod vel bonis moribus, vel Religioni aduersetur. Romæ die 13. Nouemb. 1617. *Angelus Lucianus J. V. D. & in Gymnasio Almæ Vrbis Iuris Pontificij professor ord.*

Imprimatur Fr. Gregorius Donatus Romanus, Magister, & Reuerendiss. P. Magistri Sac. Pal. Apost. soc.

PAVLO QVINTO
PONT. OPT. MAX.

Syluester Zacchias F.

S*VPERIORIBVS annis, & ſi ad Sanctitatem tuam quam præ cæteris mortalibus P. B. ſummam geris; aditum mihi aperuit nemo, eximia tamen, qua me ſemper ab ipſo Regenerationis lauacro es proſecutus benignitate inuitatus: Ea, quæ de Camerali obligatione, ex meis lucubrationibus exceperam, tuo Sanctiſſimo nomini inſcribere, ſub tuamq; clientelam, & patrocinium edere fui auſus. Nunc quoque hac ipſa benignitate, non inuitante modo, ſed prorſus compellente hoc qualecumque de Societatibus Officiorum opus (de ea re nimirum, quæ multis ſit implicata nexibus, & ambagibus) quod nuper maiori qua potui induſtria à me eſt abſolutum, Beatitudini item tuæ, cui iam omnia mea, iure optimi patrocinij, & egregiæ liberalitatis debentur inſcribo, dono, dicoq;. Nec ſanè eſt mihi vllus dubitandi locus quin hoſce meos labores licet exiguos admodum, & Sanctitati tuæ omnino impares, hilari vultu, ac ſerena fronte ſis accepturus, vnum hic*

tamen te rogabo P. S. vt quæ ſtudiorum meorum ſola tua humanitate permotus iecisti ſemina, tuis optimis patrocinijs etiam foueas, atque enutrias. Ego certè quantùm in me erit, vigilijs ac laboribus minimè parcam vt beneficiorum quibus me quotidie afficis, & exornas, aliquid memoriæ poſterorum fructus relinquatur, Deus Summus, & Maximus qui te ad Petri Nauis gubernacula fœliciter regenda vocauit tranquillitati, & paci Chriſtianæ Reipublicæ, quam diutiſſimè incolumem ſeruet, ac tueatur.

LITTERÆ MOTVSPROPRII

PII PAPÆ IIII.

Super forma contrahendi in Statu Eccleſiaſtico Societates Officij nuncupatas.

PIVS Papa Quartus.

Motu proprio, &c.

CVM ſicut accepimus fel. rec. PAVLVS Papa IIII. prædeceſſor noſter certis tunc expreſſis cauſis motus, quod nullus tam in Curia, quàm in tota ditione Eccleſiaſtica Officialis cuiuſcumque ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, conditionis, & præeminentiæ exiſteret, tunc, & pro tempore aliquam Societatem ſuper aliquo, ſeu aliquibus ex Officijs ad tunc ſuam, ſeu Sedis, aut Cameræ Apoſtolicæ, ſeu Camerarij, Vicecamerarij, Pœnitentiarij Maioris, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditoris, diſpoſitionem quomodolibet pertinentibus, quæ vendi conſueuerunt per eum obtinen. pro tempore cum aliqua alia perſona, ſeu perſonis, Communi, Collegio, ſeu Vniuerſitate, niſi præcedente Signatura ab eo, ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſten. obten. in qua pacta & conuentiones partium exprimi deberent, pro cuius expeditione, & certa aduocatione medium pro centenario quolibet ſcutorum, ſeu ducatorum cogeretur ſoluere, inire

præſu-

præſumeret, & ſocietates aliter quam ſic initæ non valerent, & earum prætextu agi non poſſe, & forſan alia tunc expreſſa ſua Conſtitutione Motu proprio ſub Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo Quingenteſimo quinquageſimoquinto, Nonis Octobris, Pontificatus ſui Anno Primo ſtatuerit & ordinauerit, prout in ea latius continetur & habetur.

Nos conſiderantes ſicut fideli relatione percipimus, quod ex huiuſmodi Conſtitutione multæ & diuerſæ tàm noſtræ Almæ Vrbis quàm ditionis Eccleſiaſticæ, & extra eam perſonæ quæ earum pecunias in Societatibus Officiorum huiuſmodi contractare ſolitæ erant, ea prohibitione vti re noua territæ earum ſocietates, quæ in notabili numero & ingenti pecuniarum ſumma exiſtebant ſtatim diſdixerunt & reuocarunt, ad exactionemq; pecuniarum ſic in Societatibus datarum agere, & Officiales eorumq; fideiuſſores cogere cæperunt, & enixè inſtiterunt. quo factum eſt vt Officiales ipſi, & eorum fideiuſſores, tum etiam ob mala tempora quæ interuenerunt promptam non habeant quam reſtituerent pecuniam, nec ab alijs propter huiuſmodi Conſtitutionis difficultatem pecunias in ſocietatem reperirent, eorum officia ſeu bona alia viliori etiam pretio vendere, & alienare, vel pecunias alias ſub grauioribus etiam illicitis vſuris capere vel potius quod pluribus contingit decoquere, & ab Vrbe aufugere, & ſic creditores defraudare omnino cogerentur, ob quod grauia damna, & incommoda tam Vrbi, quàm ipſis particularibus Officialibus, & perſonis lata fuerint, quæ etiam hodie ſuſtinent. Cupientes quantum cum Deo poſſumus his malis obuiare pro tempore futuro, ac Officiales ipſos & alios intereſſe putantes ab huiuſmodi grauibus, & damnatis vſuris condebitis exactionibus liberare. Supplicationibus dilectorum filiorum noſtrorum

Populi

Populi Romani, & Conſeruatorum Almæ Vrbis noſtræ ſuper hoc nobis porrectis inclinati, eisq; inſtantibus, & cum eis more pij patris benignè agere volentes, Motu ſimili ex certa noſtra ſcientia, ac de Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine dictam Conſtitutionem per dictum PAVLVM IIII. vt præmittitur factam, cum omnibus in ea appoſitis clauſulis, cuius tenores, ac ſi de verbo ad verbum infererentur pro expreſſis haberi volumus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac pro caſſatis, irritis, & annullatis haberi volumus, illamq; viribus tempore futuro penitus euacuamus.

Volentes, & auctoritate noſtra decernentes, quod de cætero ipſis Officialibus ſuper tamen eorum Officijs ſocietates quaſcumque cum pactis tamen licitis & honeſtis prout & quemadmodum ante Conſtitutionem præfatam ſolitum erat, etiam nulla à Nobis ſeu Romano Pontifice pro tempore exiſten. deſuper expedita Supplicatione ſeu Signatura, non tamen vltra valorem Officiorum ſuper quibus illas fieri continget, ita quod ad requiſitionem ſecum Societates contrahentium, teneantur in ipſo contractu ſpecialiter exprimere alias Societates ſuper eodem Officio contractas ſi quæ ſint, & ſi eas falsò negauerint vel expreſſerint in toto vel in parte, pœnam priuationis Officiorum ipſorum ſuper quibus Societates huiuſmodi contractæ fuerint, ſine tamen præiudicio creditorum quatenus aliunde illis ſatisfieri non poſſit, ipſo iure incurrant. Et nihilominus tàm ipſi quàm fideiuſſores deſuper præſtiti ad ſatisfactionem Societatum, & debitorum deſuper contractorum teneantur, & obligati exiſtant, facere, & inire, ac pecunias recipere, & contractus deſuper celebrare, qui alias tamen legitimè initi, validi & efficaces exiſtant, & executioni demandari debeant, liberè & licitè poſſint & valeant, licentiam & facultatem concedimus per præſentes. Dicta Conſtitutione cæteriſq; in

con-

cōtrarium quomodolibet facientibus non obſtantibus quibuſcumque præmiſſorum omnium & aliorum hic forſan neceſſariò exprimendorum tenores pro plenè & ſufficienter expreſſis habentes.

Placet Motuproprio I.

FORMVLA INSTRVMENTI SOCIETATIS

quæ est in vsu.

DOMINVS N. Miles S. Petri spontè &c. omni meliori modo &c. super dicto eius officio cõfessus fuit habuisse & recepisse in societatem duraturam ad sex menses, & deindè ad beneplacitum ambarũ partium cum disdicta quindecim dierum præcedentiũ, quæ fieri possit etiam domi dimissa copia, tàm ipsi D. Officiali, quàm vni ex fideiussoribus accessuris, & in euentum absentiæ ab Vrbe per affixionem ad valuas Curiæ Capitolij, siue per contradictas, aut Edictum publicum ab admodum Ill. & Excell. D. Angelo Andosilla Aduocato Romano scuta quingenta monetæ iuliorum decem pro scuto, de quibus &c. exceptioniq; &c. speiq; &c. & generaliter &c. quietauit &c. per pactum &c. qua societate finita, seù disdicta d. D. Officialis, reddere, & restituere promisit eidem D. Angelo dicta scuta quingenta; ac soluere fructus decursos, & non solutos, hic Romæ liberè &c. & interim illa durante facere eundẽ participem super omnibus dicti sui Officij fructibus

proportionabiliter, & pro rata, quam ratam taxasse asseruerunt ad effugien calculatorum fastidia ad rationem scutorum duodecim similium &c. pro cen- tenario & anno quolibet de semestre in semestre, & in principio cuiuslibet semestris, hic Romæ liberè &c. quæ rata sit libera & semper currat & solui debeat ad rationem prædictam, non obstante bello &c. cum pacto quod huiusmodi societate durante &c. moriente verò, quod absit, persona, seù personis in ratificatione præsentis societatis infrà quindecim dies nominañ & interim si non nominauerit super ipsius D. Angeli vitæ periculo exceptis peste, bello, ferro, vel veneno, aut alio epidimiæ morbo, & si fœminas nominauerit, excepto partu, & illius causa partus, ipse officialis superlucretur dicta scuta 500. & tantummodò teneatur ad solutionem fructuum decursorum, & non solutorum, cum potestate huiusmodi periculum vitæ transferendi in vnam seu plures personas, ac totiès quotiès ipsi videbitur, & placuerit cum intimatione dierum præcedeñ, & non perceptis fructibus, moriente verò (quod absit) eodẽ D. Officiali quandocũque, vel morte quacũque, sui nihilominùs heredes, & successores, ac fideiussores infrascripti teneantur ad restitutionem sortis principalis, & solutionem fructuum decursorum & non solutorũ, ac dictus D. Officialis promisit &c. vti principalis &c. facere accedere DD. NN. &c. quibus deficiẽtibus, seù conditionem deteriorantibus promisit dare aliũ, seù alios fideiussores æquè idoneos ad cõtentamẽtum ipsius D. Angeli &c. quæ omnia &c. aliàs &c.

SYLVESTRI ZACCHIÆ I. C. ROMANI

Ad Formulam Instrumenti Societatis Officij.

SVMMARIVM.

1 Societas officij vnde denominetur.
2 Vnde originem traxerit.
3 Officium in hac materia quomodo sumatur, qua, & qualia sint officia Romanæ Curiæ remissiuè.
4 Officium requiritur ad contrahendam hanc societatem.
5 Ista societas iniri non potest cum non habente officium.
6 Sot. & Nauar. reducentes hunc contractum ad sponsion. reprobantur.
7 Dissolvitur ista societas per venditionē seu alienationem officij.
8 Officiū debet esse propriū accipientis pecunias, & non alterius.
9 Contrarium stante Vrbis consuetudine.
10 Societas ista potest contrahi super officio alieno, intellige vt nu. seq. contrarium nu. 12.
13 Officialis in ista societate est principalis, & non alius.
14 Societas ista consistit solum inter officialē, & dantem pecunias.

15 Amplia etiam si alij accederent, quia dicuntur fideiussores, intellige vt n. 16.

16 Principalis in hac societate dicitur ille, qui habuit pecunias, & bonam fidem recognouit inter ipsos obligatos.

17 Confessio officiali, quæ confitetur accepisse pecunias, quæ soluuntur recognoscenti bonam fidem, non dicitur simulata.

18 Obligati omnes in hac societate dicuntur principales respectu creditoris.

19 Officialis solus dicitur socius in hac societate, etiam quòd alij in solidum se obligarent, amplia vt nu. 22.

20 Recognitio bonæ fidei nil commune habet cum societate.

21 Recognitio bonæ fidei [illegible] pecunias, sed fit inter official. & alios accedentes.

23 Societas ista contrahi potest super officio emendo.

24 Fideiussor. dati in societate super officio emendo remanent obligati, intellige vt nu. 25.

26 Fructus societ. inita super officio emendo, quod posteà non fuit emptum non debentur, intelligendo vt hic.

27 Societas contracta per patrem reseruatarium fructuum super officio, cuius filius est titularis non valet contrarium. n. 35. & seqq.

28 Societas ista non contrahitur super fructibus, sed super officio, & ad illius partem admittitur, qui dat pecunias. contrarium. n. 36. & seqq.

29 Fructuum taxatio ad certam quantitatem permittitur ad euitandam illorum liquidationem.

30 Ad validitatem societ. off. duo considerantur, quòd officium per mortem eius in cuius vita periculo resides vacet & quod societas non excedat valorem officij.

31 Officiali tantùm permittitur contrahere hanc societatem ex Bulla Pij III. intellige vt n. 41.

32 Officialis nisi curreret periculum amissionis officij non daretur æqualitas inter socios. contrà naturam huius contractus.

33 Officium secundùm naturam huius contractus perire deberet communi periculo.

Peri-

34 *Periculum in hac societate inter socios compensatur pro maiori commoditate, quia moriente officiali amittit officium, & moriente dante pecunias amittit capitale.*

36 *Societas ista non contrahitur super titulo officij.*

37 *Officiorum tituli sine licentia Principis non sunt in cõmert io.*

38 *Socius in hac societate admittitur tantùm ad participationem fructuum.*

39 *Officium vacat per mortem officialis.*

40 *Officium perit illi, cuius est pecunia.*

41 *Gabr. cons. 63. n. 5. lib. 2. & Bulla Pij III I. declarantur.*

42 *Societas facta per filium super officio illi resignato à patre cum hoc, quod illud alienare, nec illius fructus exigere potest, valet, contrarium nu. 46. & seqq.*

43 *Alienationis officij prohibitio facta a patre filio intelligitur prout hic.*

44 *Officialis in modica consideratione habetur, quando releuatur indemnis per recognoscentem bonam fidem, sed tota vis residet in fideiuss.*

45 *A prohibitione nè filius posset exigere fructus officij censetur recessum per executionem factam de consensu patris.*

47 *Officialis in hoc contractu habet nudum nomen, si alius recognoscat bonam fidem, & fideiussor, solum hoc casu spectantur.*

48 *Officium in hoc contractu interponitur tantùm ad illum colorandum, & ideò non attenditur an illud reddat fructus taxatos, & officialis sit idoneus. reprobatur. n. 49. & seqq.*

50 *Ad validitatem huius societatis requiritur communicato fruct. & sine illa iste contractus non subsistit.*

51 *Societas officij non sustinetur ex nudo nomine officij.*

52 *Societas non contrahitur super nudo nomine, sed super rebus.*

53 *Societas non sustinetur, si officium tot non reddat quot soluit officialis.*

54 *Fructuum taxatio ad xij. pro centenario in hac societate fit, quando fructus sunt incerti.*

55 *Verba illa in hac formula, Quia verò fructus sunt incerti,*

sunt posita in fraudem vsurarum, quando certum est, officium non reddere summam taxatam.

56 *Fructuum taxatio ad xij. pro centenario permittitur, quia officia ita reddere consueuerant.*

57 *Societas ista fieri potest super officio non habentem massam certam.*

58 *Officium proxenetæ Ripæ non habebat massam certam, sicut & Notariatus Rotæ.*

59 *Officium proxenetæ Ripæ hodie non vacat, & Ideò super illo fieri non potest hæc societas.*

60 *Societas ista contrahi potest super officio non habente massam, quando habet tuta priuilegia, ex quibus fructus percipiantur.*

61 *Fructuum taxatio ad xij. pro centenario, quando certum est officium illa non reddere, est nulla.*

62 *Officium Equitum Liliorum, & Piorum habent certos fructus, & ideo societate super illis contracta, non possunt taxari fructus ad xij.*

63 *Periculum vitæ non validat dictam taxationem, quia officialis illud compensat.*

64 *Officialis vbi officium non reddit xij. nimis grauatur ad illorum præstationem.*

65 *Societas ad xij. pro centenario contrahi non potest super officio non vacabilis, quia tale officium tot non reddit.*

66 *Societas vltra valorem officij non sustinetur, quia deficit subiectum, scilicet communicatio fructuum.*

67 *Decisio in Romana societatis 9. Maij 1588. coram Gypsio defenditur.*

68 *Societas vltra valorem officij non sustinetur, quia deficit subiectum, cum non adsint fructus sufficientes, præsertim data scientia vtriusque contrahentis. n. 69.*

70 *Fructus societatis initæ vltra valorem officij, vel sunt restituendi, vel excomputari debent in sortem principalem.*

71 *Ignorantia valoris officij non suffragatur danti pecunias ad effectum prædictum.*

72 *Ignorantia alias fuisse super officio contractas societates iuuat* dan-

dantem pecunias, declara vt n. 73. & seqq.

74 *Bulla Pij 1111. imponit pœnam officiali contrahenti vltra valorem officij, & vult quod nihilominus ipse, & eius fideiussores teneantur ad satisfactionem societ. contract.*

75 *Bulla Pij 1111. damnat expresse societates vltra valorem officij.*

76 *Bulla Pij 1111. non facit differentiam, an dans pecunias sciat, vel ignoret societatem esse vltra valorem officij.*

77 *Bulla Pij 1111. disponit quod officialis requisitus teneatur exprimere societat. alias contractas super officio.*

78 *Ignorantia dantis pecunias alias fuisse contractas societates super officio illi non suffragatur.*

79 *Societas vltra valorem est nulla ex Bulla Pij 1111. licèt in illa Papa imponat pœnam officiali, & non creditori, quia procedit quando official. creditore inscio plures alias contraxit societates, & non reuelat.*

80 *Dans pecunias ad societatem tenetur interrogare officialem, an alias contraxerit societates.*

81 *Societas vltra valorem officij non sustinetur, quando est idem socius, & super eodem officio fuerunt contractæ societates.*

82 *Distinctio illa, an cum vno, vel pluribus sint contractæ societ. reprobatur.*

83 *Societ. initæ super officijs vetturinis damnantur.*

84 *Officiales vetturini obligati remanent ex contractu isto licet temerè contrarium prætendant.*

85 *Officialis scientia sufficit, licet recognoscens bonam fidem ignoret alias fuisse super officio contractas societates.*

86 *Societas officij consistit solum inter officialem, & dantem pecunias, licet alij accedentes in solidum se obligarent.*

87 *Mandatum continens facultatem accipiendi quascumque pecuniarum quantitates ad societ. off. restringitur ad valorem illius.*

88 *Amplia non obstante stylo Rom. Cur. grauandi officia vltra illorum valorem.*

89 *Stylus Rom. Cur. prædictus toleratur solum contrahentibus*

officialibus propter ignorantiam contrahentium.

90 Relatio ad ſtylum Romanæ Curiæ intelligitur circa modum contrahendi ſocietatem, & non de contrahendo vltra valorem.

91 Officialis non cenſetur dediſſe mandatum ad contrahendum vltra valorem.

92 Contrahens cum alio tenetur inquirere conditionem, & qualitatem ſecum contrahentis.

93 Mandatum procuratoris ad contrahendum hanc ſocietatem dicitur conſumptum in caſu de quo hic.

94 In noua formula eſt addendus valor officij, & iuramentum officialis alias non contraxiſſe ſuper illo ſociet.

95 Valor officij attendi debet de tempore initæ ſocietatis.

96 Officium tanti valet, quanti vendi ſolet.

97 In conſtituendis redditibus officij non ſufficit probare, quòd ad rationem pretij, quo fuit emptum reddat duodecim pro centenario, ſed probandum eſt tanti communiter extimari.

98 Officium, ſi tanti non valebat tempore initæ ſociet. & poſt valor eſt auctus, an ſocietas reconualeſcat.

99 Quod ab initio non valet tractu temporis non conualeſcit.

100 Societas vltra valorẽ officij non ſuſtinetur, nec pro rata valoris.

101 Contrarium, quod ſuſtinetur pro rata valoris.

102 Officialis poteſt admittere ſocios vſque ad integrum valorem officij.

103 Bulla Pij III. derogat Bullæ Pauli III.

104 Societas vltra valorem officij ſuperueniente valore reconualeſcit, intellige vt ibi.

105 Fructus ſocietatis initæ vltra valorem officij debentur pro rata valoris, & non integri fructus.

106 Natura contractus ſociet. repugnat, vt omnia emolumenta, vel vnam tantùm pertineat.

107 Clauſula illa, Quæ quidem rata, de qua in hac formula, eſt contra naturam contractus ſocietatis.

108 Dans pecunias non debet habere tot fructus, quot official. quia of-

officia requirunt industriam.

109 *Officialis industria non reddunt summam hic taxatam.*

110 *Societas officij vera, quæ sit.*

111 *Societas ista tunc est licita, quando lucrum, & damnum inter socios communicatur.*

112 *Societas non esset, sed emptio fructuum si illi omnes ad vnum socium pertinerent.*

113 *Societas non contrahitur super fructibus; sed super officio.*

114 *Fructus non debentur creditori nisi pro rata valoris officij etiam si maiores fructus percipiantur.*

115 *Societas ista contrahitur super fructibus & non super titulo.*

116 *Societas officij fieri potest super officio non vacabili contrarium nu. seq.*

117 *Societas prædicta super officio non vacabili fieri non potest.*

118 *Fructus rerum non vacabilium adaquant sortem spatio 20. annorum, & sic stabilia reddunt quinque pro centinario.*

119 *Officia non vacabilia reddunt quinque tantum pro centinario, & sic taxatio ad xij. remanet sine fundamento.*

120 *Fructus superantes redditus officij non possunt percipi ratione periculi vitæ.*

121 *Societatem contrahere super solo periculo vitæ non licet, & n. 124. & seq.*

122 *Societatem facere cuius pars stet super periculo vitæ solum, non licet.*

123 *Argumentum de parte ad partem sicut de toto ad totum valet.*

125 *Periculum vitæ facit valere contractum societatis.*

126 *Sine periculo vitæ ista societas est vsuraria.*

127 *Stante periculo vitæ, licet emere annuos redditus ad vitam ementis.*

128 *Officium habile requiritur ad contrahendum hanc societatem, & non sufficit periculum vitæ.*

129 *Officium interponitur ad colorandum contractum societatis.*

130 *Societas non sustinetur sine officio, & sine illo est vsurario.*

131 *Officium nisi interponeretur in hac societate deficeret il-*

lius

lius subiectum .

132 *In officijs vacabilibus pars fructuum non soluitur propter periculum vitæ , sed quia ita reddere solebat .*

133 *Officia non venduntur tali pratio quod possint reddere duodecim pro centinario .*

134 *Officialis non soluit duodecim pro centinario propter periculum vitæ socij , sed quia res ita fructificat .*

135 *Compensatio periculi vitæ, de qua hic fuit, inuenta pro maiori negociantium commoditate .*

136 *Officialis si perdet officium , socius deberet perdere capitale .*

137 *Prætium non restituitur , quando emuntur certi redditus ad vitam .*

138 *Prætium non fit officialis in hac societate .*

139 *Societas ista super officio non vacabili non sustinetur tamquam census vitalitius .*

140 *In censu vitalitio prætium fit venditoris .*

141 *Census vitalitius sortitur naturam emptionis , & venditionis .*

142 *In censu vitalitio concurrunt tria requisita emptionis , & venditionis .*

143 *Societas ista nil commune habet cum censu vitalitio .*

144 *Societas ista non potest sustineri tamquam sponsio .*

145 *In sponsione pecunia amittenda in casu mortis non datur ab initio .*

146 *Fructus ad duodecim pro centenario in hac societate non dantur pro solo periculo vitæ , sed pro mutuo , saltem mixtim.*

147 *Periculum vnius anni præsertim personæ sanæ non valet xij . hic taxata .*

148 *In indiuiduis licitum propter illicitum vitiatur .*

149 *Sot . & Nauar . in locis hic alleg. reprobantur .*

150 *Officium non vacabile inuerisimile est , quod reddat quantum vacabile .*

151 *In societate super officio non vacabili non potest euitare inæqualitas inter socios .*

152 *Societas, cum capitale est saluum , prohibetur .*

153 *Facultas concessa per Papam faciendi societ . super aliquo officio*

ficio intelligitur, si vendatur ad vitam.

154 *Interpretatio, per quam induceretur facultas fœnerandi, reijcienda est.*

155 *Consuetudo de qua hic nihil operatur.*

156 *Constit. apostolicæ emanarunt ad coërcendam nimiam licentiam contrahentium has societ.*

157 *Constitutiones Apostolicæ prohibent societates super officijs non vacabil.*

158 *Societas super officio non vacabili est nulla stante decreto irritanti in constitutione Apostolica.*

159 *Vsus Rom. Cur. est, quòd societas non contrahatur super officijs non vacabil.*

160 *Fructus ad rationem xij: pro centenario correspondere solent fructibus officiorum vacabil.*

161 *Decis. 763. par. 1. diuers. declaratur super officijs non vacab.*

162 *Societas, vbi est inducta communicatio dominij officij cum participatione damni & lucri, est licita.*

163 *Societas contracta super officio, quod vacare debet post mortem duorum, est nulla.*

164 *Papa concedendo non vacationem officij, non censetur dedisse facultatem super illo faciendi societ. ad xij. pro centenario.*

165 *Societas officij non valet, nisi sit facta in pecunia, contrarium n. seq: reprobatur n. 167.*

168 *Pecunia numerata requiritur in hac societate.*

169 *Contractus societ. huius dicitur perfectus secuta ratificatione, & numeratione pecuniæ.*

170 *Societ. officiorum celebrantur vt plurimum absente creditore, & pecuniæ non exbursantur in actu stipulationis.*

171 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur contra hanc societatem.*

172 *Societas ista non requirit rem præsentem, & pecuniam solutioni paratam.*

173 *Societas ista, quando dicatur perfecta.*

174 *Pecunia numerata requiritur in hoc contractu ad obuiandum fraudibus.*

Rota

lius subiectum.

132 *In officijs vacabilibus pars fructuum non soluitur propter periculum vitæ, sed quia ita reddere solebat.*

133 *Officia non venduntur tali pretio quod possint reddere duodecim pro centinario.*

134 *Officialis non soluit duodecim pro centinario propter periculum vitæ socij, sed quia res ita fructificat.*

135 *Compensatio periculi vitæ, de qua hic fuit, inuenta pro maiori negociantium commoditate.*

136 *Officialis si perdet officium, socius deberet perdere capitale.*

137 *Prætium non restituitur, quando emuntur certi redditus ad vitam.*

138 *Prætium non fit officialis in hac societate.*

139 *Societas ista super officio non vacabili non sustinetur tamquam census vitalitius.*

140 *In censu vitalitio prætium fit venditoris.*

141 *Census vitalitius sortitur naturam emptionis, & venditionis.*

142 *In censu vitalitio concurrunt tria requisita emptionis, & venditionis.*

143 *Societas ista nil commune habet cum censu vitalitio.*

144 *Societas ista non potest sustineri tamquam sponsio.*

145 *In sponsione pecunia amittenda in casu mortis non datur ab initio.*

146 *Fructus ad duodecim pro centenario in hac societate non dantur pro solo periculo vitæ, sed pro mutuo, saltem mixtim.*

147 *Periculum vnius anni præsertim personæ sanæ non valet xij. hic taxata.*

148 *In indiuiduis licitum propter illicitum vitiatur.*

149 *Sot. & Nauar. in locis hic alleg. reprobantur.*

150 *Officium non vacabile inuerisimile est, quod reddat quantùm vacabile.*

151 *In societate super officio non vacabili non potest euitare inæqualitas inter socios.*

152 *Societas, cum capitale est saluum, prohibetur.*

153 *Facultas concessa per Papam faciendi societ. super aliquo officio*

ficio intelligitur, si vendatur ad vitam.

154 *Interpretatio, per quam induceretur facultas fœnerandi, reijcienda est.*

155 *Consuetudo de qua hic nihil operatur.*

156 *Constit. apostolicæ emanarunt ad coërcendam nimiam licentiam contrahentium has societ.*

157 *Constitutiones Apostolicæ prohibent societates super officijs non vacabil.*

158 *Societas super officio non vacabili est nulla stante decreto irritanti in constitutione Apostolica.*

159 *Vsus Rom. Cur. est, quòd societas non contrahatur super officijs non vacabil.*

160 *Fructus ad rationem xij: pro centenario correspondere solent fructibus officiorum vacabil.*

161 *Decis. 763. par. 1. diuers. declaratur super officijs non vacab.*

162 *Societas, vbi est inducta communicatio dominij officij cum participatione damni & lucri, est licita.*

163 *Societas contracta super officio, quod vacare debet post mortem duorum, est nulla.*

164 *Papa concedendo non vacationem officij, non censetur dedisse facultatem super illo faciendi societ. ad xij. pro centenario.*

165 *Societas officij non valet, nisi sit facta in pecunia, contrarium n. seq: reprobatur n. 167.*

168 *Pecunia numerata requiritur in hac societate.*

169 *Contractus societ. huius dicitur perfectus secuta ratificatione, & numeratione pecuniæ.*

170 *Societ. officiorum celebrantur vt plurimum absente creditore, & pecuniæ non exbursantur in actu stipulationis.*

171 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non opponitur contra hanc societatem.*

172 *Societas ista non requirit rem præsentem, & pecuniam solutioni paratam.*

173 *Societas ista, quando dicatur perfecta.*

174 *Pecunia numerata requiritur in hoc contractu ad obuiandum fraudibus.*

Rota

Mu-

196 *Mulier viro vergente ad inopiam tenetur subuenire de suo necessitatibus domus.*

197 *Mulier seu minor possunt in casu, de quo hic contrahere hanc societatem.*

198 *Societas ista potest contrahi per procuratorem habentem speciale mandatum.*

199 *Mandatum ad contrahendum has societates an intelligatur actiuè vel passiuè attenditur obseruantia, & interpretatio partium.*

200 *Procurator constitutus ad obligandum dominum in hac societate, an possit recognoscere bonam fidem pro alio.*

201 *Societas ista solet fieri ad sex menses.*

202 *Societas ista non potest contrahi nisi ad tempus.*

203 *Societas contracta ad sex menses, & deindè ad beneplacitum an duret elapsis sex mensibus vt hic.*

204 *Societas ista contracta ad sex menses, non dissoluitur per discensum vnius durantibus sex mensibus.*

205 *Disdicta non reuocat societatem determinatam ad sex menses pro quibus sunt soluti fructus, sed reuocat beneplacitum illis elapsis.*

206 *Beneplacitum debet reuocari, aliàs durat societas etiam elapsis sex mensibus.*

207 *Beneplacitum durat vsque ad mortem, nisi reuocetur.*

208 *Disdicta introducta est pro reuocatione beneplaciti, & per illam declaratur animus non continuandi in societate.*

209 *Per disdictam cuiq; ex socijs licet à societate recedere.*

210 *Disdicta de iure debet fieri officiali, & per officialem danti pecunias.*

211 *Disdicta debet fieri, vel principali, vel procuratori habenti speciale mandatum.*

212 *Disdicta stantibus verbis formulæ potest fieri vni ex fideiussoribus.*

213 *Periculi vitæ translatio cui debeat intimari.*

214 *Disdicta debet fieri à Domino, vel à procuratore specialiter constituto.*

Dis-

215 *Disdicere, & continuare societatem potest ille, qui illam contraxit nomine proprio de pecunijs alterius cum illi, & non Domino acquiratur.*

216 *Minor, & similes disdicere possunt societ. off.*

217 *Disdicta fieri potest à procuratore habente speciale mandatum.*

218 *Disdicta fieri potest à procuratore generaliter constituto quod reprobatur.*

219 *Mandatum cum littera sufficit ad disdicendum hanc societatem, sed debet doceri de tali mandato, aliàs facta non valet.*

220 *Disdicta facta à Procuratore non habente mandatum non potest ratificari.*

221 *Disdictæ quindecim dies, quando incipiant in casu ratificationis.*

222 *Disdicta debet personaliter fieri.*

223 *Contrarium.*

224 *Disdicta stantibus verbis huius formulæ potest fieri extra dom. dim. cop.*

225 *Disdicta potest fieri extraiudicialiter, sed probari debet.*

226 *In reproductione disdictæ notario debet testes adhiberi.*

227 *Disdicta fieri potest die feriata.*

228 *Disdicta debet fieri in scriptis stantibus verbis huius formulæ.*

229 *Disdicta non dicitur legitimè facta non relicta copia.*

230 *Absenti per contradictas disdicta fieri potest stantibus verbis formulæ.*

231 *Disdicta in actis reproduci debet ad tractandas fraudes.*

232 *Disdicta nisi reproducatur antè obitum dantis pecunias officialis illas lucratur.*

233 *Disdicta facta à Cursore coram A. C. videtur facta animo reproducendi coram illo, & nisi producatur videtur ab illa recessum.*

234 *Disdicta non afficit nisi à die reproductionis.*

235 *Disdicta forma Constitutionis Sanctiss. debet in manuali regi-*

registrari, & in margine instrumenti adnotari tempus disdicta, & reproductionis.

236 *Disdicta reproductio debet fieri in actis Notarij rogati, & non alterius ex dispositione d. constituti, aliàs non suffragatur. Intellige ut n. 237.*

238 *Disdicta non annotata iuxta formam d. constit. an suffragatur.*

239 *Relatio exequutionis disdicta non sufficit quod sit in actis nisi sit reproducta.*

240 *Facere extra tempus & non facere aequiparatur.*

241 *Disdicta nisi reproducatur infra quindecim dies non fit communis utrique parti, prout requiritur.*

242 *Dies reproductionis disdicta an computari debeat in termino quindecim dierum.*

243 *Dies contractus non computatur in quindecim diebus datis ad nominandum periculum vita.*

244 *Disdicta an fieri possit ultra sex menses, pro quibus durare debet societas.*

245 *Decis. Pus. 68. lib. 3. declaratur.*

246 *Societas off. durat etiam post disdictam per quindecim dies.*

247 *Fructus societ. ad rationem taxatam licitè percipi possunt durantibus quindecim diebus disdicta.*

248 *Lucro pecuniarum locus est si dans pecunias post disdictam per quindecim dies.*

249 *Felic. de societ. cap. 35. n. 27. reprehenditur.*

250 *Societas durat elapso semestri per quindecim dies.*

251 *Boccac. de societ. off. n. 15. defenditur.*

252 *Societatem durare post semestre per quindecim dies quomodo intelligatur.*

253 *Boccac. d. n. 15. in una parte malè loquitur.*

254 *Disdictam fieri non potest infra sex menses quomodo intelligatur.*

355 *Disdicta fieri non potest post inceptum tempus quindecim dierum in casu de quo hic, intellige ut ibi.*

256 *Castrac. & Felic. in locis allegatis reprobantur.*

Dis-

283 *Felic. de Societ. cap. 34. num. 11. reprobatur.*

284 *Societas durare non potest super officio, quod non possidetur ab officiali.*

285 *Societas dissoluitur per alienationem officij, quia perimit res, super qua fuit contracta.*

286 *Societas dissoluitur, suppresso officio à Papa.*

287 *Officialis, suppresso officio, tenetur ad restitutionem pecuniarũ, etiam si Papa illas non reddat, distingue vt nu. 289.*

288 *Leonell. super Bulla Pij IV. in addit. ad glos. 13. reprehenditur.*

290 *Felic. de societ. cap. 34. nu. 8. & 9. reprehenditur.*

291 *Societas dissoluitur per alienationem officij, etiam resignatione non admissa per Papam.*

292 *Officia sunt in commercio.*

293 *Societatem dissolui per alienationem officij non procedit in officijs in totum non vacantibus.*

294 *Societas ista contrahi potest super scripturis notariatus, intellige vt ibi.*

295 *Societas contracta super duobus officijs non dissoluitur per alienationem vnius, quando illud, quod remanet est capax.*

296 *Boccac. in loco hic alleg. reprehenditur à Felic.*

297 *Fructus ad rationem taxatam 12. debentur, quando alienato vno ex officijs illud, quod remansit erat capax.*

298 *Boccac. reprehensus per Felic. defenditur.*

299 *Societas sustinetur, & remanet pro rata, cuius est capax officium, quod remansit.*

300 *Societas super re cõtracta non extinguitur, nisi re ipsa extincta.*

301 *Societas soluitur mutuo contrahentium consensu.*

302 *Societas an dissoluatur per restitutionem partis sortis.*

303 *Felicij opinio, de qua hic reprobatur.*

304 *Societas non soluitur, si res, scilicet officium, non interijt in totum.*

305 *Scriptura non est de substantia huius contractus, sed ex communi obseruantia redigitur in scriptis.*

306 *Protestatio vtilis est ad hoc, vt societas per restitutionem partis non dissoluatur in totum.*

B *Fru-*

307 *Fructus amplius non debentur, societate finita quomodocunque.*
308 *Ignorantia alienationis officij non suffragatur ad effectum percipiendi fructus post illius alienationem. contrarium nu. 309.*
310 *Castrac. in loco hic alleg. reprobatur.*
311 *Societas officij sustinetur propter periculum vitæ.*
312 *Distinctio modernorum inter scientem, & ignorantem alienationem officij reijcitur.*
313 *Dolus officialis in non notificando alienationem officij non prodest danti pecunias ad effectum consequendi fructus.*
314 *Fructus percepti post alienationem officij retineri non possunt prætextu donationis.*
315 *Regula illa, quòd soluens scienter indebitum censeatur donare, cessat hoc casu.*
316 *Soluens scienter indebitum potest repetere in casu, de quo hic.*
317 *Fructus soluti post finitam societatem sponte non repetuntur ex stylo Tribun. A. C.*
318 *Pactum, quòd alienando officialis officiũ teneatur nihilominus ad fructus taxatos non valet.*
319 *Fructus, finita societate, debentur stante mora officialis, & aliquibus diligentijs.*
320 *Fructus de stylo Trib. A. C. finita societate, & factis diligentijs, taxantur ad 7. pro centenario.*
321 *Fructus finita societate, non debentur, non obstante pacto in contrarium.*
322 *Taxatio fructuum, finita societate, succedere non potest loco damnorum, & interesse, nisi vt hic.*
323 *Pactum, quòd finita societate, fructus debeãtur, non roboratur stylo Tribun. A. C.*
324 *Fructus, finita societate, non debentur ratione lucri cessantis, & damni emergentis, nisi probatis requisitis, de quibus hic.*
325 *Doctrina Castr. de qua hic cessat, stante mora.*
326 *Lucrum aliquod honestũ, finita societate, debentur etiam non probante dd. requisita.*
327 *Mora sola non sufficit ad consequendos fructus, finita societate.*

Mora

328 *Mora est vnum ex requisitis Castr. & sine illa non possunt prætendi fructus, societate finita.*

329 *Ad obtinendos fructus, finita societate, sunt probanda concludenter requisita Castr.*

330 *Potentia propinqua lucri non probatur ex qualitate loci in terminis nostris, sed oportet probare occasionem certam inuestiendi tempore interpellat.*

331 *Diligentiæ, de quibus hìc, non suffragãtur, interpellatio facta, quòd creditor intendebat inuestire pecunias in locis montium quos habebat præ manibus, illũ non iuuat, quando procurator qui illam fecit, non habebat mandatum speciale.*

332 *Intimatio præstationis, de qua hìc, debet fieri persona legitima, & personaliter.*

333 *Ad consequendos fructus, societate finita, non sufficit, creditorem habuisse occasionem præ manibus, & fecisset omnes diligentias, sed debet probare, occasionem amisisse propter non restitutionem pecuniarum.*

334 *Fructus ad sex, vel septem pro centenario exiguntur à debitore moroso de stylo Tribun. A. C. factis diligentijs.*

335 *Ad restitutionem eius, in quo socius damnificatur, quilibet tenetur.*

336 *Damnum non probatur ex sola mora.*

337 *Stylus prædictus Tribun. A. C. nihil operatur, non probatis requisitis à Paulo de Castr.*

338 *Ad moram incurrendam in istis terminis sufficit interpellatio extraiudicialis.*

339 *Mora incurritur statim quando societas finitur ex parte official. secus quando ex parte dantis pecunias.*

340 *Officialis non dicitur in mora ignorando dissolutionem societatis.*

341 *Ignorantia dissolut. societ. est facilis in officialib. cum disdicta ex pacto possit fieri etiam vni ex fideiuss.*

342 *Farinac. cons. 15. nu. 43. & 45. lib. 1. declaratur.*

343 *Damnum probatur per alia instrumenta societatum.*

344 *Fructus secundæ societ. contracta per fideiuss. prima pro il-*

 lius

lius extinctione tenetur soluere debitor, prima stante hac protestatione.

345 *Taxatio ad 12. pro centenario in hac societ. est solita aliquando ad minorem summam, sed non ad maiorem.*

346 *Taxatio ad 12. pro centenario in hac societate permittitur.*

347 *Fructus semper debentur ad rationem taxatam, siue plus, siue minus officium reddant.*

348 *Consuetudo in vsuris nihil operatur.*

349 *Consuetudinem declarasse hanc taxationem licitam, quomodo intelligatur.*

350 *Taxatio ad 12. pro centenario tunc erat licita, quando officia tot reddere solebant.*

351 *Consuetudo plurimum defertur in ista societate.*

352 *Consuetudo declarauit hanc societatem licitam.*

353 *Taxatio ad 12. pro centenario hodie est illicita, & 355.*

354 *Taxatio ad 12. pro centenario permissa fuit, quia tunc officia tot reddere consueuerant.*

356 *Taxatio ad 12. pro centenario est reducenda ad fructus officiorum.*

357 *Taxatio fructuum à principio ad euitandam incertorum fructuum liquidationem est licita.*

358 *Fructus in hac societate anticipatè soluuntur.*

359 *Fructus in hac societate licitè anticipatè percipiuntur.*

360 *Clausula illa, Quæ rata sit libera &c. semper apponitur in hac societate.*

361 *Clausula prædicta, Quæ rata &c. potest parere malos effectus.*

362 *Societas ista tunc est valida, quando lucrum, & damnum communicatur.*

363 *Pactum, quod rata fructuum taxata in hac societate semper currat &c. est validum. contrarium num. seqq.*

364 *Castrac. & Boccac. opinio, de qua hic reijcitur.*

365 *Periculum cum periculo compensatur in hac societate.*

366 *Societas ista inualida, & vsuraria est, si officialis soluat maiores fructus, quàm percipiat ex officio.*

367 *Papa potest pensionem exemptam ab omni onere reseruare.*

Papa

368 *Papa est Dominus absolutus in beneficialibus.*
369 *Castrac. in loco alleg. non benè loquitur.*
370 *Pactum prædictum, quòd rata taxata sit libera, non subsistit de iure, & nu 373.*
371 *Pactum prædictum est regulandum à priuilegijs officialium.*
372 *Officia Rom. Cur. immunitatem habent.*
374 *Clausula illa, Quæ rata sit libera, & semper currat, est delenda à formula Instrum. Societ.*
375 *Periculum vitæ reddit licitum contractum huius societ.*
376 *Pecuniæ amittuntur per mortē dantis pecunias, nisi societas in tempore disdicatur.*
377 *Societatis huius contractus est vsurarius sine periculo vitæ.*
378 *Periculum vitæ potest poni in vita tertij.*
379 *Societas officij fieri potest, prout de facto fit, super periculo vitæ personæ nominandæ.*
380 *Societas dissoluitur per mortem dantis pecunias, etiam si nominatus superuiuat.*
381 *Lucro pecuniarum non fit locus per mortem dantis pecunias, sed per mortem nominati, intellige vt ibi.*
382 *Societas contracta super periculo vitæ personæ nominandæ ante nominationem non est perfecta, & non potest dici lucrata.*
383 *Periculum ante nominationem non currit super vita dantis pecunias, limita vt num. seq.*
384 *Clausula, & interim, &c. hodie solita apponi operatur, quòd ante nominationem periculum currat super vita dantis pecunias.*
385 *Reseruatario decedente ante nominationem periculi vitæ, pecunia est lucrata.*
386 *Societas contracta super periculo vitæ personæ intra 15. dies nominandæ, lapsis 15. diebus nominatione non sequuta, illa habetur pro non facta, contrarium in num seqq.*
387 *Societas contracta, vt mox dixi lapsis etiam 15. diebus nominationi præfixis, remanet super periculo vitæ dantis pecunias, sed hoc non transit sine difficultate.*

B iij *Dies*

Mor-

411 *Mortuus per manus carnificis, an dicatur mortuus naturaliter adeo vt per eius mortem pecuniæ sint lucratæ.*

413 *Lucro non est locus moriente dante pecunias, vel nominato ab eo de ordine Iustitiæ.*

414 *Per publicationem bonorum finitur societas, & ideo superuenienti tali casu morte naturali per manus carnificis non est locus lucro pecuniarum.*

415 *Societas per publicationem bonorum non transit in fiscum.*

416 *Societas finiri potest etiam durante tempore, pro quo fuit contracta.*

417 *Lucro pecuniarũ an locus sit dãte pecunias seipsum interficiẽdo.*

418 *Aliquem seipsum occidere non præsumitur.*

419 *Lucro an locus sit quando aliquis lætaliter vulneratus è fenestra se proiecit, & mortuus est.*

420 *Lucro pecuniarum, an sit locus officiali occidente dantem pecuniam in casibus à iure permissis?*

421 *Lucro pecuniarum, an sit locus quando officialis se defendendo occidit dantem pecuniam.*

422 *Lucro pecuniarum non est locus in casibus mortis expresse exceptuatis.*

423 *Lucro pecuniarum locus est muliere decedente in partu, quia dicitur mortua naturaliter.*

424 *Fallit stante exceptione de qua hic.*

425 *Partus, ad hoc vt non sit locus lucro, debet esse causa finalis & proxima mortis.*

426 *Mulier an decesserit ex partu standum est iudicio medicorum, & num. 428.*

427 *Mulier quando dicatur decessisse ex causa partus.*

429 *In dubio mulier præsumitur, quòd decesserit ex partu ad euitandum lucrum.*

430 *Lucro pecuniarum, an locus sit, si abortus, & mors secuta esset culpa mulieris, vel mariti.*

431 *Facultas transferendi periculum vitæ est valida.*

432 *Translatio periculi vitæ facta per reseruatarium, an sit valida quando facultas transferendi reseruata fuit domino pe-*

Pactum

1 SOCIETAS officij † denominationẽ recipit ab eo, quòd contrahitur super officio, & illa propriè est, quæ fit super officijs Romanæ Curiæ, vt tradunt Leonell. super Bulla Pij IIII. glo. 11. vers. ideò vlterius, & glos. 13. vers. tertio vt, Mantic. de tacit & am-
2 big. conuent. lib. 6. tit. 11. nu. 17. originemq; † habuit

ex eo, quòd volentes emere aliquod officium, cũ non haberent integrum pretium, accipiebant aliquam illius partem ab aliquo, illi communicando emolumenta, & lucra, inde prouenientia, vt latius Castrac. in suo tract. de societ. offic. cap. 3. nu. 1. & per totum; & ante de eius origine mentionem faciunt Tolet. in sua Instruct. sacerd. lib. 5. cap. 40. Felic. de societ. cap. 9. n. 68.

Quomodo autem in hac materia sumatur officium,
3 † quæ, & qualia sint officia Romanæ Curiæ, & quæ temporalia, & quæ perpetua, poteris videre per Castrac. d. tract. de societ. offic. in procemio, & ante per Vestr. in praxi lib. 1. & 2. scire enim nobis sufficit, quòd
4 officium requiritur † ad contrahendam hanc societa-
5 tem, & iniri non posse † cum non habente officium, Gabr. cons. 63. nu. 5. & per totum lib. 2. ita disponente constitutione Pij Quarti, vbi Leonell. in princ. vers. 1. Boccac. nu. 126. Castrac. de societ. cap. 5. num. 4. & seq. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. nu. 18. Felic. de societ. cap. 4. nu. 50. & cap. 9. sub nu.
6 64. vbi reprobat † Sot. & Nauar. reducentes hũc contractum ad sponsiones, Rota diuers. dec. 763. num. 2. par. 1. & in Romana societ. 9. Maij 1588. corã Gypsio, Romana societ. 13. Ian. 1595. coram Penia, Romana Societ. 29. Ian. 1601. coram Illustriss. Millino, vbi, quod hoc confirmat decis. 288. par. 1. diuers. & in Romana societ. offic. 10. Maij 1604. coram Illustriss. D.
7 Card. Ludouisio. Inde per venditionem, † seu alienationem officij soluitur societas; quia non adest amplius societatis subiectum. Seraph. decis. 389. num. 3. & dicam lare infra.

8 Immò, quòd † officium debeat esse proprium accipientis pecunias, & sic officialis, & non alterius, latè probat Castrac. in suo tract. cap. 5. sub nu. 5. vers. requiritur, & num. seqq. quòd de iure credo non habere difficultatem rationibus, & fundamentis deductis

per

9 per Castrac. d. cap. 5. vsque ad num. 21. sed † stante
10 Vrbis consuetudine huiusmodi societates † super officijs alienis contrahi possunt, Castrac. d. c. 5. sub nu. 21. vers. sed quia tales, & num. seqq. Rota in Roma-
11 na societ. 9. Maij 1588. coram Gypsio, quod † intelligo, dummodo officialis ipse contrahat, licet pecuniæ non cedant ad commodum ipsius officialis, non
12 obstantibus in contrariũ † deductis per Castrac. cap. 5. nu. 9. & seqq. & per Felic. de Societ. cap. 34. nu. 32. tunc enim, cum adsit officium, non refert, an pecunias super officio recipiat pro se, vel pro alio, quid adest
13 subiectum societatis, & ipse officialis † est principalis,
14 & non recognoscens bonã fidem, & inter † ipsum officialem, & dantem pecunias solum consistit hæc societas, vt probat Felic. de societ. cap. 29. num. 66. & fuit dictũ in illa Romana societ. offic. 10. Maij 1604. coram Illustriss. Card. Ludouisio.

Et licet de stylo soleant etiam alij accedere nihilo-
15 minus, † vt dixi, ipse officialis est principalis, alij verò fideiussores, Gabr. consf. 63. nu. 1. & seq. lib. 2. Honded. consf. 38. nu. 2. lib. 1. Castrac. de societ. offic. cap. 68. nu. 12. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. sub nu. 18. Felic. de Societ. cap. 29. nu. 66. Rota in d. Romana societ. coram Illustriss. Ludouisio, quod, li-
16 cet procedat † respectu dantis pecunias, non inter ipsos obligatos, inter quos ille est principalis, qui habuit pecunias, & bonam fidem recognouit, Boccac. de societ. offic. nu. 58. 59. 84. & seq. Castrac. eo. tract. cap. 68. à nu. 12. Felic. de societ. cap. 29. nu. 69. vbi n. 71. videtur firmare, quòd omnes obligati pro fideiuss. reputari debent, & recognoscens bonam fidem pro principali intelligen. inter ipsos obligatos, Rota diuers. decis. 153. nu. 6. par. 2. Romana subhastationis bonorum 7. Iulij 1597. coram Illustriss. Lancellotto, & in d. Romana societ. offic. 10. Maij 1604. coram Illu-

striss.

ſtriſſ. Ludouiſio. Nihilominus verum remanet, quòd officialis in iſta ſocietate eſt principalis, in tantum,
17 quòd eius † confeſſio, qua confitetur accepiſſe pecunias, quæ verè ipſi non ſoluuntur, ſed recognoſcenti bonam fidem, non poteſt dici ſimulata ad annullandam obligationem, quia propter præſumptum mandatum officialis, quòd ſoluatur ei, qui recognouit bonam fidem, ſolutio dicitur facta officiali, licet cautius fiat, ſi accipiatur ordo officialis de ſoluendo ei, qui recognouit bonam fidem, & ita hodie practicatur, vt fuit deciſum in Romana pecuniaria 20. Octobris 1593. coram Illuſtriſſ. Millino, vbi præſertim hoc procedere dicitur, quando concurrunt duæ recognitiones bonæ fidei, vna erga officialem ex eo, quòd recognoſcens bonam fidem habuit pecunias ab ipſo, altera verò alterius erga recognoſcentem bonam fidem ex eo, quod habuit pecunias ab ipſo primo, quod oſtendit ſolutionem factam officiali, & quamuis om-
18 nes † reſpectu creditoris dicantur principales, Rota in d. Romana pecuniaria 20. Octobris 1593. coram Illuſtriſſ. Millino, & in Romana ſociet. offic. 9. Martij
19 1598. coram Peregrino; non tamen † ſocius dici poteſt alius, quàm officialis, licet alij accedentes vti principales, & inſolidum ſe obligarent. Gabr. d. conſ. 63. nu. 6. Felic. d. cap. 29. nu. 66. d. Romana ſociet. corã Illuſtriſſ. Ludouiſio, vbi fuit quoque dictum, quòd re-
20 cognitio † bonæ fidei nil commune habet cum ſocie-
21 tate, & non celebratur cum dante pecunias, ſed fit inter officialem, & alios accedentes, præſertim vbi in ſocietate non fuit expreſſum, quòd alius eſſet reco-
22 gniturus bonam fidem. Adeò vt nec † promiſsio indemnitatis immutet qualitatem principalis obligationis, nec facit, quòd alius, quàm officialis ſit ſocius, Felic. vbi prox. Rota in d. Romana ſociet. coram Illuſtriſſ. Ludouiſio.

Sed

Sed propius accedendo ad rem noſtram,difficultatem non habet, quòd hæc ſocietas contrahi poſſit ſu-
23 per officio alieno,quia + contrahi poteſt ſuper officio emendo, vt eſt deciſ. Put.67. lib. 3. Boccac. de ſociet. offic. nu.16. & 213. Caſtrac. eo tractatu cap.5. nu.30. Rota in Romana ſociet. 9. Maij 1588. coram Gypſio,
24 & + fideiuſſores in illa dati obligati remanent. Put.
25 d.deciſ.67. Bocc.d.nu.213 quod intellige + dummo-
26 do poſtea officium ematur, ſed ſi non emitur, † fructus exigi non poſſunt; ſed debent ſolui, & poſtea repeti, vt videtur ſentire Put.d.deciſ.67.in fi. lib.3. Bocc. vbi ſupra nu. 214. & hæc de plano procedunt.

Sed difficultas eſt, An contrahi poſsit ſuper offi-
27 cio, + cuius vnus, puta filius, ſit titularis, pater verò reſeruatarius fructuum, An ipſe pater poſsit ſuper tali officio ſocietatem contrahere, & pro parte negatiua vrgere videbatur, quòd cum in hac ſocietate requiratur officium, vt ſupra probaui,& debeat ipſe officialis contrahere, vtique in hoc caſu deeſt ſubiectum ſocietatis, quia pater non habet officium, ſed eſt tantum
28 fructuum reſeruatarius, & tamen hæc ſocietas + non contrahitur ſuper fructibus, ſed ſuper officio, ad cuius partem admittitur,qui dat pecunias,& ad eiuſdem
29 fructuum liquidationem,permittitur † taxatio ad certam quantitatem, vt dixit Rota in Romana fructuum ſociet. 20. Octobris 1595. coram Card. Blanchetto;

Immo quod magis vrget pro hac parte eſt, quòd
30 ad validitatem huius + ſocietatis, duo præcipuè conſiderantur, primum, quòd officium per mortem eius, in cuius periculo vitæ reſidet, vacet; ſecundum,quòd ſocietas non excedat verum valorem officij, fuit dictũ in cauſa Romana prætenſæ ſociet. 1.Iulij 1596. coram bo. me. Corduba.

Sed hoc periculum vacationis officij non ſubit iſte contrahens, quia ipſe non habet officium,& ideo bulla

31 la Pij Quarti † permittit tantum ipsi officiali contrahere, Gabr. cons. 63. num. 5. lib. 2. alias enim daretur
32 inæqualitas inter † socios, quia dans pecunias subit periculum amissionis illarum; & si iste non curreret periculum amissionis officij, nō daretur æqualitas inter socios contra naturam huius contractus. Castrac.
33 de societ. offic. cap. 4. num. 14. Immo † officium ipsum perire deberet communi periculo; sed pro maio-
34 ri † contrahentium commoditate periculum societatis inter socios cōmunicatur; si enim officialis moritur, officium amittit, & è contra, si moritur ille, qui dat pecunias, amittit suum capitale, & sic periculum cum periculo compensatur. Leonell. super bulla Pij Quarti de societ. offic. in princ vers. septimum. & glos. 11. vers. naturam. Castrac. eo tract. cap. 9. nu. 8. 12. & 14. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. sub num. 17. Felic. de societ. cap. 9. sub num. 64. Foroliuien. societ. 13. Ianuarij 1614. coram Reuerendiss. Sacrato.

Patet igitur ex his, quòd officialis ad validitatem huius societatis debet subire periculum amissionis officij, sed iste, vt dixi, officium non habebat, & conse-
35 quenter nec illud amittere poterat; sed † istis non attentis contrarium fuit decisum in Romana societ. 13. Ianuarij 1595. coram bo. me. Penia, ex eo quod istæ
36 societates † non contrahuntur super titulis officiorū,
37 quia illi † sine licentia Principis non sunt in comercio, vt latè probat etiam Castrac. de societ. offic. cap. 41. per tot. & ponderat Rota ibi, & in Romana societ. 29. Ianuarij 1601. coram Illustriss. Millino.

38 Sed † socius admittitur tantum ad participationē fructuum, vt patet ex hac formula, & tradunt Bocc. de societ. sub nu. 206. Leonell. super bulla Pij Quarti de societ. offic. glos. 11. circa med. Mantica de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. nu. 17. vers. officialis autem

tem Rota diuers. decis. 763. num. 7. par. 1. d. Romana Societ. 29. Ianuarij 1601. coram Illustriss. Millino, vnde negari non potest, adesse in hoc casu substantiam, seu societatis fundamentum, & materiam ad illam contrahendam, fructus scilicet officij, & partium consensus, nec facit in contrarium, quòd supra dixi, ad validitatem huius societatis requiri, quòd officium per mortem eius in cuius vitæ periculo residet, vacet, quia non est dubium, quòd, si filius moritur, officium
39 vacet † per mortem ipsius filij officialis. Castrac. de societ. offic. cap. 2. num. 2. Nec nocet, quòd in hoc casu pater non subeat periculum amissionis officij,
40 quia cum † præsupponatur emptum ex pecunia ipsius, vtique officium perit periculo suo. Neque obstabit, quòd non contraxit ipse officialis, sed pater, qui non habet officium; nam sufficit, quòd pater esset reseruatarius fructuum, super quibus societas contrahi
41 possit, & posset assumi socius, nec † aliter dicunt Gabr. cons. 63. nu. 5. lib. 2. & constitutio Pij Quarti, & aliorum Pontificum, quia intelligi debent, vt loquantur, quando non adest officium, vel fructus, super quibus possit assumi socius, dixit Rota in d. Romana societ. 13. Ianuarij 1595. coram bo. me. Pennia, vbi fuit dictum etiam, quòd iste casus minorem ha-
42 bet difficultatem, quàm ille, in quo filius † contraxerit societatem super officio illi à patre resignato, cũ hoc, quòd illud alienare, fructus, & emolumenta exigere, ac quouis modo se intromittere non possit vita patris durante, & tamen decisum fuit, societatẽ contractam super tali officio per filium sustineri, non obstante d. alienationis, & obligationis prohibitione,
43 quia † illa restringi, & intelligi debet, vt filius in præiudicium patris officium, & fructus eiusdem alienare non posset, secus si pater damnum non pateretur; vt quãdo releuatur indemnis officialis per recognoscentem

44 re'm bonam fidem, & eius fideiussores, quo casu † officialis in modica consideratione habetur, sed tota vis residet in persona accipientis pecunias, & illius fideiussorum; Ideo talis obligatio officij prohibita non censetur, vt sunt verba Rotæ in Romana societ. 9. Maij 1588. coram Gypsio. latè Bocc. de societ. offic. à nu. 204. & pluribus seqq. Gratian. discept. Forens. cap.
45 138. num. 16. & hoc † multo facilius locum obtinere dictum fuit, vbi filius, patre cōsentiente, fructus exigisset, & in vsus proprios conuertisset: quia tunc à d. prohibitione, saltem quo ad fructus recessum videtur, & fuit etiam habita præ oculis æquitas, ne tot societates super tali officio contractæ annullarentur, vt
46 sentit Rota ibi sed hæc † sententia satis difficilis mihi videtur, quia, si verum est, prout verum esse supra probaui, quòd societas contrahatur super fructibus, & non super titulo officij, & fructus non adsint, super quibus posśit assumi socius, vtique defecit societatis subiectum, & fundamentum, quia fructus nō sunt ipsius filij contrahentis. Nec satisfacere videtur
47 responsio, quòd † officialis in isto contractu nudum nomen habent alijs recognoscentibus bonam fidem, & quod non consideretur, an ille sit idoneus, cum tantum spectentur fideiussores. Gratian. discept. Foren. cap. 138. sub nu. 16. d. Romana societ. 9. Maij 1588. coram Gypsio, & quòd non spectetur, & non atten-
48 datur † An officium, vel officialis sit idoneus, & officium tot reddat, quot fuerunt promissa, & taxata, quia officium interponitur tantum ad fundandum contractum societatis. Rota diuers. decis. 300. par. 1. Romana prætensæ societ. 1. Iulij 1596. coram Corduba, vbi, quòd in hac societate non attenditur, An fructus, qui percipiuntur ex officio respondeāt fructibus societatis. Hæc enim, inquam, non subsistunt: non enim refert, quòd spectentur fideiussores, & non considere-

49 sideretur, An officialis sit idoneus, quia † attendere
non debemus, quod malè fit à partibus, sed quod fie-
50 ri debet ad validitatem enim societatis † requiritur
communicatio fructuum officij, sine qua communi-
catione illa non subsistit, vt decidit Rota in Romana
societ. 29. Ianuar. 1601. coram Illustriss. Millino, &
51 insulsum esse tenere, † quòd ex nudo nomine officij
52 iste contractus sustineatur, quia societas † non con-
trahitur super nudo nomine, sed super rebus, quæ sunt
aut esse sperantur, probat Felic. de societ. cap. 29. nu.
71. & eodem modo respondeo ad illud, quòd non at-
tendatur, An fructus officiorum respondeant fructibus
societatis, nam non ex hoc sequitur, quòd si officialis
non habet fructus, super quibus possit assumere sociũ,
contractus sustineatur, quia saltem possibile est, quòd
illos ex officio percipiat, vt præsupponit d. decis. Rom.
prætensæ societ. coram Corduba, sed in hoc casu de-
ficit penitus subiectum societatis, quia filius fructus
non percipit, nec percipere potest, & nihil refert, quòd
non attendatur, An respondeant fructibus societatis,
53 si attendi debet, alias si fructus, † qui percipiuntur ex
officio, tot non sunt, quot soluit officialis societas non
sustinetur, vt probant Boccac. de societ. off. num. 102.
& nu. 126. Castrac. eo. tract. cap. 10. à nu. 1. & pluri-
bus seqq. vbi num. 17. dixit, quod hoc comprobatur
54 ex forma contractus societatis, quia fit † taxatio ad
12. pro centenario, quando fructus sunt incerti, quan-
55 do vero certum est, † quod non ascendunt ad tantam
summam cessat ratio à contrahentibus considerata, &
illa verba, quia fructus sunt incerti, sunt posita in frau-
dem vsurarum. Felic. de societ. cap. 9. nu. 69. vers. ter-
56 tia est, & † taxatio illa ad 12. pro centenario, ideo
permittebatur, quia ita officia consueuerunt reddere.
Boccac. nu. 19. Castrac. eo. tract. cap. 10. nu. 8. & seq.
Romana fructuum societ. 20. Octobris 1595. coram

Blanchetto. Foroliuien. ſociet. 13. Ianuarij 1614. coram Reuerendiſſ. Damaſceno.

Nec contrarium tenuit Rota in illa Romana prætenſæ ſociet. coram Corduba. Romana ſociet. 1. Iulij
57 1602. coram Pamphilio, cum vult † quod iſta ſocietas poſſit fieri ſuper officio, non habente maſſam
58 certam, & certos introitus, vt eſt † officium Proxene-
59 tæ Ripæ, & Notariatus Rotæ, quòd officium † Proxenetæ hodie amplius non vacat, & ideo ſuper illo non poteſt contrahi ſocietas, vt dicam infra, quia &
60 in illo caſu fructus erant incerti, † & poſsibile erat, quòd redderent fructos conuentos, cum haberet certa priuilegia, ex quibus percipiebãtur fructus certi, vt dicitur in d. Romana prætenſæ ſociet. coram Cordu-
61 ba, ſed quando † certum eſt non adeſſe fructus, ſeu officium tot non reddere, & taxatio illa non valet, vt probat Caſtrac. cap. 10. nu. 11. & ſeq. qui nu. 12. dicit, quòd quando certum eſt officia non reddere 12.
62 pro centenario, † & fructus illorum ſunt certi, vt ſunt officia equitum liliorum, piorum, & alia ſimilia, tunc taxatio illa ad 12. pro centenario nulla eſt. Bocc. nu.
63 102. & 126. & in hoc nihil facit † periculum vitæ, quia vt dixi, officialis illud compenſat, cum ſubeat
64 periculum amiſsionis officij, & ideo † nimis grauatur officialis ad ſolutionem ſcut. 12. ſi tot officium non redderet, vt dicam infra, quando agam de ſociet. ſuper officio non vacabili, & tradit Felic. de ſo-
65 ciet. cap. 9. ſub num. 84. ideo videmus, quòd † cum fructus officij non vacabilis, non poſsint reſpondere fructibus ſocietatis ſcut. 12. pro centenario, ſuper tali officio contrahi non poteſt ſocietas, vt latè dicam infra.

Et ſi alias diceremus, ſequeretur abſurdum, quòd
66 ſocietas vltra valorem officij ſuſtineretur, † quæ ideò non ſuſtinetur, quia deficit ſubiectum, ideſt communicatio

nicatio

nicatio fructuum. Boccac. num. 102. Romana societ. 28. Ianuar. 1591. coram Blanchetto. Rota in d. Romana societ. 29. Ianuar. 1601. coram Illustriss. Milli-
67 no, & latius dicam loco suo. Sed d. decis. † in Rom. societ. 9. Maij 1588. coram Gypsio saluari potest, quia, vt in illa dicitur, per exactionem fructuum factã à filio de consensu Patris, recessum fuerat à d. prohibitione, saltem quo ad fructus, vnde cum ille haberet fructus, societas sustinetur, vt supra probaui, sed vbi non adsunt fructus, vel non sunt sufficientes correspondentes fructibus societatis, non est dubium; quod illa non valeat intelligendo, vt mox dicam, & ideo, vt iam in-
68 nui, societas † vltra valorem officij non sustinetur, & istud potest euenire, vel quia officium tanti vere non valear, vel quia aliæ fuerint ante contractæ societates, & vtroque casu, quia deficit subiectum, & non adsunt fructus sufficientes societas non sustinetur. Boccac. nu. 102. & 126. Leoness. super bulla Pij IV. de societ. officij, in princ. vers. Quartũ. Pacif. de Saluian. interd.
69 inspect. 4. cap. 1. nu. 55. & seqq. & hoc † non habet difficultatem, data scientia vtriusque contrahentis, Castr. de societ. off. cap. 6. num. 7. Rota in d. Rom. societ. 28. Ianua. 1591. coram Blanchetto. Rom. societ. 29. Ianuar. 1601. vel 1602. coram Illustriss. Millino, & in d. Rom. societ. off. 10. Maij 1604. coram Illustriss. Ludouisio, & in isto casu, scilicet quando socie-
70 tas inita esset vltra valorem officij, † fructus veniunt restituendi & extenuarent sortem principalẽ, vt post Rotam in Romana societ. off. 20. Maij 1602. coram Illustriss. Millino. Pacif. de saluian. interd. inspect. 4. cap. 1. num. 55.

Sed dubium est, An ignorantia dãtis pecunias alias societates fuisse contractas super eodem officio, vel
71 officium tanti non valere, illi suffragetur, & † circa ignorantiam valoris absolutè dicendum est, dantem

pecunias illa non iuuari, quia nimis notus est valor officiorum in Romana Curia, & saltem tenebatur inquirere, vt in proposito dixit Rot. in Rom. socie. off. 12. Febr. 1601. coram Reuerendiss. Attrebaten. sed circa
72 ignorantiã, ✝ An aliæ societates fuerint super eodem officio contractæ antea, videtur dicendum quod suffragetur danti pecunias, vt firmant præallegati, dum præsupponunt illius ignorantiam, quando firmant, quod societas inita vltra valorem officij sit nulla, &
73 hoc credo, quod fundetur super bulla ✝ Pij IV. quæ imponit pœnam ipsi officiali, & nihilominus disponit, quod ipse, & eius fideiussores ad satisfactionem huiusmodi societatum, & debitorum desuper contractarum teneantur, & tenet Castrac. cap. 6. num. 18.
74 sed ego † absolutè teneo, quòd ignorantia ista dantis pecunias aliquo modo illi suffragari non possit, nisi in casu, in quo instaret, quod officialis exprimeret alias societates contractas super officio, & ille eas falso ne-
75 gasset: cùm enim bulla † Pij IV. damnet expresse societates initas vltra valorem officiorum, non potest
76 negari, quod talis societas sit nulla, nec bulla ✝ constituit differentiam inter casum, & casum; scilicet, quando dans pecunias scit, vel ignorat alias fuisse contractas societates super eodem officio, immo ad tollendum istud ignorantiæ mendicatum refugium,
77 vult † quòd officialis ad requisitionem secum societatem contrahentium, teneatur exprimere societates iam super tali officio contractas, & si illas negat, tunc imponit pœnam officiali, inde cum Papa prouiderit
78 danti † pecunias ad hoc vt scire possit, An super officio sint aliæ contractæ societates, & ipse hoc non curet, vtique nescio videre, cur ista ignorantia tam crassa, & supina illi suffragari debeat; & hæc mea opinio fundatur in decisione in causa d. Rom. societ. 28. Ian. 1591. coram Card. Blanchetto, vbi decisum fuit, quòd

stante

79 stante † bulla Pij IV. societas vltra valorem officij sit nulla, licet in illa Papa imponat pœnam officiali, & non creditoribus; quia procedit, quando officialis inscio creditore plures alias societates cum alijs contraxit, & non reuelat, vt latius dicitur in d. Rom. societ. coram Blanchetto, & videtur sentire Castrac. cap. 6.
80 in fin. vbi quod dans † pecunias debet interrogare, an alias pecunias super eodem officio habeat, si negatiuè respondet excusandus est, sed quando ipse potest scire, & non vult, credo sine dubio quòd societas non sustineatur ad tradita per Felic. de societ. cap. 9.n.65. & isto solo casu Papa vult, quod officialis, & eius fideiussores teneantur ad satisfactionem societatis, ergo in casu in quo non fuit requisitus, ne exprimeret alias societates in contractu non tenetur, quia quod de vno affirmatur de alio negatur, & ideo difficultatem non
81 habet, † quando est idem socius, & super ijsdem officijs sunt initæ societates, ita vt bene potuerit scire valorem officiorum, & sicut illi non est perspectum de euictione, qui sciens rem alienam, vel alteri obligatam emit, ita nec huic debet bulla suffragari, vt dicit Rota in d. Romana societ. coram Blanchetto, & ideo
82 stante ista ignorantia crassa, & supina, mihi † non placet illa distinctio, An cum vno, vel pluribus sint contractæ societates, de qua per Tib. in prax. lib. 1. cap. 22. sub num. 2. quam probat authoritate Rotæ in d. Rom. societ. coram Blanchetto: quia non refert, quòd cum alijs sint contractæ societates, & sic dans pecunias nesciuerit, si scire potuisset, & noluit, & ignorantia etiam, quòd adesset non tollit, quòd quando societas inita est vltra valorem officij, non desit subiectum societatis, super quo fundatur bulla Pij IV. & conclusio illa, quòd societas vltra valorem non sustinetur, Rota in d. Rom. societ. off. 29. Ian. 1601. corã Illustriss. Millino, & latius dixi supra.

83 Et propterea semper damnaui societates initas super istis officijs, vt dicunt vetturinis, quia omnes sciũt super illis contrahi in dies plurimas societates, & ideo ignorantia in hoc casu non potest aliquo modo suffra
84 gari, & ob id respondi nimiam horum † officialium audaciam esse reprimendam, quæ huc vsque peruenit, quòd prætendat ipsos non posse molestari vigore obligationis eorum in talibus instrumentis contra iuramentum per eos præstitum, & nescio videre, vbi fundent hanc temeritatem, eum ipsi verè in isto contractu sint; & esse debeant particulares, vt dixi supra.

Sed dubium non est, vt dixi, quòd stante scientia vtriusque contrahentis societas non sustineatur vltra
85 valorem officij, & hoc † procedere etiam data ignorantia recognoscentis bonam fidem, quia sufficit scientia officialis, cũ quo dans pecunias prudens, & sciens
86 contraxisset, quia vt dixi, contractus † iste consistit solum inter officialem, & dantem pecunias, & alij accedentes etiam insolidum obligati non dicuntur socij, vt deciditur in illa Rom. societ. 10. Maij 1604. coram Illustriss. Ludouisio, & prædicta in tantum sunt vera,
87 quòd si in † mãdato data sit facultas accipiendi quascumque pecuniarum quantitates ad societatem officij, illa sit restringenda ad valorem officij, super quo societates erant contrahendæ, ita vt procurator suum principalem in plus obligare non posset, & tanto magis, quando verba referuntur ad officium, vt quando diceretur, super eius officio, vt latius decisum fuit in vna Rom. Societ. off. 12. Febr. 1601. coram Reuerendiss.
88 Attrebaten. in qua fuit etiam dictum, † quòd istud procedebat non obstante stylo Curiæ, secundum quem grauari solent officia cõmuniter vltra illorum valorem, & quod in illo casu erat data facultas ad capiendum omnes pecuniarum quantitates iuxta stylũ
89 Romanæ Curiæ, quia talis stylus † solum toleratur con-

contrahentibus ipsis officialibus propter ignorãtiam contrahentium, & sic præsupponit ignorantiam dantis pecunias; sed non applicari casui illi dictum fuit, in quo non contraxit ipse officialis, sed procurator, &
90 relatio † illa ad stylum Romanæ Curiæ potest intelligi de modo contrahendi societates, & non facultate accipiendi quantitatem vltra valorem, & eadem ratione dictum fuit non intrare distinctionem; An cum vno, vel pluribus societates sint contractæ, nec obstare ignorantiam dantis pecunias, quòd aliæ essent con-
91 tractæ societates, quia hoc non potest obijci † officiali, qui non censetur dedisse mandatum contrahendi vltra valorem officij, & sic vlterius non tenetur; qui
92 enim cum alio contrahit † tenetur inquirere qualitates, & conditiones eius, cum quo contrahit, & quamuis societas, de qua ibi agebatur non excederet verum
93 valorem, tamen sufficere dictum fuit, † quod in scutis 300. pro quibus contracta fuerat ante societas, mandatum procuratoris esset consumptum, vt latius in d. Rom. societ. off. coram Ortembergo.
94 Ad tollendum autem istas difficultates in noua † formula puto esse addendum valorem officij, scilicet quod officialis medio iuramento asserat officium tanti valere, ac alias non fuisse super illo societates contractas, vel si aliæ fuerunt antea contractæ non ascendere nisi ad tantam summam ibi exprimendam.

Habes igitur, quòd societas vltra valorem non sustinetur: nunc est videndum de quo tempore sit attendendus valor officij, & An societas inita vltra valorem in totum corruat, vel sustineatur pro rata valoris, & si sustinetur pro rata valoris, an isto casu debeantur integri fructus, qui percipiuntur ex officio, vel ad rationem taxatam pro rata.

95 Valor officij † satisfaciendo primo dubio est attendendus non de tempore emptionis officij, sed de tem-

96 pore initæ societatis, & † tanti dicitur valere officium, quanti vendi solet, vt probat Castrac. cap. 6.
97 num. 5. & seq. non sufficeret † autem, quod officium tanti fuerit emptum in constituendis eius redditibus, nec sufficeret probare, quod ad rationem pretij, quo fuit emptum reddat 12. pro centenario: quia hoc potuit esse pretium singularis affectionis, sed probandũ esset quòd tanti communiter extimaretur, vt non minus, quàm 12. pro centenario reddat, Rota in Foroliuien. societ. 20. Iunij 1614. corã Reu.^{mo} Damasceno.
98 Sed quid † si tempore contractæ societatis officium tanti non valebat, & postea eius valor fuerit auctus durante societatẽ.d. casus est pulcher, & contingibilis, An tunc reconualescat, & pro parte negatiua obstare
99 videtur regula, quòd † ab initio de reg. iuris, & cap. non firmatur eo.tit. in 6. sed contrarium credo verius, & moueor ex resolutione illius quæstionis, An societas vltra valorem sit nulla in totum, vel sustineatur
100 pro rata valoris, † in qua licet Boccac. num. 102. in fin. & num. 126. teneat quod propter indiuiduitatem contractus societas corruat in totum; in contrarium
101 est † verior opinio, quam tenet Rota in d. Romana societ. 29. Ianuarij 1601. corã Illustriss. Millino Rom. societ. 12. Febr. 1601. coram Reuerendiss. Attrebaten. & in Rom. Societ. 10. Maij 1604. coram Illustriss. Ludouisio, & sentiunt Castr. cap. 6. num. 7. Felic. de societ. cap. 9. num. 64. & seq. vnde sicut societas susti-
102 netur pro rata valoris officij, ad cuius † integrum valorem licet admittere socios. Ita disponente bulla
103 Pij IV. † quæ derogat bullæ Pauli IV. Castrac. d. cap. 6. num. 3. Felic. de societ. d. cap. 9. num. 60. vers. secunda est conditio. Romana societ. 21. Ianua-
104 rij 1601. coram Illustriss. Millino, ita † etiam superueniente valore, & sic subiecto societatis debet valere in totum cum superuenerit causa confirmans, intelli-

telligendo à die, quo superuenit valor, & pro illo semestri, pro quo non sunt soluti fructus, vt probabo inferius, & non obstant regulæ in contrarium adductæ, quia procedunt, quando non superuenit causa habilis ad confirmandum actum ab initio nullum, vt ibi notant DD.

Restat videre ex his quæ proposui discutienda, An societate inita vltra valorem officij, debeantur integri fructus illius, vel ad ratam taxatam, & in hoc est decisio in Romana fructuum societ. 20. Octob. 1595.
105 coram Blanchetto, in qua decisum fuit † deberi fructus ad rationem taxatam 10. pro centenario, & non integros fructus ipsorum officiorum, etiamsi societates fuissent cõtractæ habito respectu ad omnes fructus
106 officiorum: quia † repugnat natura contractus pro socio, vt omnia emolumenta ad vnum tantum pertineant, vt tradit etiam Castrac. de societ. cap. 3. sub num. 5. vers. cum etiam semper, & cap. 7. num. 1. &
107 ideo illa clausula, † Quæ quidem rata, est contra naturam contractus societatis, vt probat idem Castrac.
108 cap. 9. num. 4. in tantum, † quòd dans pecunias, siue creditor, non possit percipere tot fructus, quot offi-
109 cialis, quia officia † industriam requirunt, sine qua illa tot non reddunt, & officialis qui ponit industriam debet habere maius emolumentum, vt post Tolet. in sua instr. sacerd. lib. 5. cap. 40. probat Felic. de societ.
110 cap. 9. num. 69. vers. quarta conditio, & ista est † vera societas officiorũ, vt ipse dicit, & videtur de mente
111 Rotæ diuers. decis. 763. par. 1. dum dicit, quòd † societas ista tunc est licita quando lucrum, & damnum
112 inter socios est commune. Alias, † si omnes fructus ad dantem pecunias pertinerent; esset potius emptio fructuum, quàm societas, vt dicitur in d. Rom. fruct. societ. & cessat circa hoc apud me difficultas ex verbis huius formulæ, quia officialis promittit facere par-

ticipem proportionabiliter, & pro rata super fru-ctibus.

Sed cauendum est ab alio fundamento huius deci-
113 sionis, scilicet † quòd societas non contrahitur super fructibus, sed super officio, ad cuius partem admittitur, qui dat pecunias, & ad euitandam fructuum liquidationem permittitur taxatio ad certam quanti-
114 tatem; ideo dummodo creditor † habeat tot fructus pro concurrenti quantitate valoris officij, est satis sibi superq; satisfactum etiamsi fructus maiores percipiantur ex ipso officio, post quam taxationem acceptauit ad rationem 10. pro centenario; hoc enim subsistere
115 non videtur, quia supra probaui, quòd hæc † societas non contrahitur super officio, sed super fructibus, quorum officialis promittit facere participem, vt ibi videre poteris; Verum quia supra innui, quòd fructus societ. in tantum respondere debeant fructibus officiorum, quòd ideo facta super officio non vacabili, non sustineatur, quia impossibile est, quòd reddat 12. pro centenario; hunc articulum antequam discedam à qualitatibus officij super quo contrahitur hæc societas, examinare intendo. dico igitur quod licet Rota diuers. decis. 175. par. 1. quæ est eadem cum decis. Se-
116 raph. 543. num. 1. præsupponat † hanc societatem fieri posse super officio non vacabili, prout etiam decisum fuisse videtur in vna Foroliuien. societ. 2. Decemb. 1583. relata inter impressas diuers. decis. 763.
117 par. 1. Nihilominus † contrarium fuisse decisum in vna Foroliuien. societ. offic. 1. Iulij 1596. coram Corduba in Romana societ. 14. Ian. 1613. coram R. P. D. Pamphilio, & in d. Foroliuien. societ. 13. Ianu. 1614. coram Reuerendiss. D. Damasceno, & hoc optimis fundamentis: nam nec de iure communi, neque ex indulgentia aliarum constitutionum super hac materia editarũ similis contractus sustinetur; primò namq;

omni-

118 omnibus notum eſt † fructus rerum non vacabilium
119 æquare ſortem ſpatio 20. annorum, & ſic † reddere rationem quinque pro cẽtenario, & quòd promiſſum eſt ad rationem 12. remanet ſine fundamẽto rei aptæ producere fructus, & conſequenter contractus remanet in hac parte vſurarius, vt ponderat Rota in d. Foroliuien. ſociet. coram Reuerendiſſ. Damaſceno.
120 Nec eſt † verum, quòd illud plus percipi poſsit
121 ratione periculi vitæ, quia, ſicut non liceret † ſocie-
122 tatem contrahere ſuper ſolo periculo vitæ, ita nec † licet facere ſocietatem, cuius pars ſtet ſuper ſolo peri-
123 culo vitæ: nam † valet argumentum de parte ad partem, ſicut de toto ad totum, vt in d. Foroliuien. coram Reuerendiſſ. Damaſceno. Quod autem ſocie-
124 tas † non poſſit fieri ſuper ſolo periculo vitæ patet,
125 quia, licet periculum † vitæ faciat valere hunc contractum, & propter illud ſuſtineatur. Caſtrac. de ſociet. off. cap. 4. num. 26. & ſeq. Felic. de ſociet. cap. 34. ſub nu. 18. Rota diuerſ. deciſ. 300. & 763. nu. 7. par. 1. & in Romana prætenſæ ſociet. 1. Iulij 1596. coram Corduba Rom. ſociet. 29. Ianuar. 1601. coram Illu-
126 ſtriſſ. Millino. Adeo vt ſine † tali periculo iſte contractus eſſet fœneratitius. Caſtrac. cap. 8. num. 1. & 2. Rota d. deciſ. 763. num. 6. in fin. Mantica poſt alios de tac. & ambig. conuen. lib. 6. tit. 2. num. 17. in fine, & propterea vt probat Caſtrac. cap. 4. nu. 28. & admittit Rota in Rom. ſociet. 28. Ian. 1591. corã Blan-
127 chetto ſtante † periculo vitæ, licet emere annuos red ditus ad vitã ementis, tamen inde non ſequitur, quòd
128 ſolum † periculum vitæ ſufficiat ad hoc, vt iſte contractus ſit licitus, ſed requiritur officium habile ad contrahendam ſocietatem, vt ſupra probaui, & tradunt Bocc. num. 126. Caſtr. de ſociet. cap. 5. num. 4. & ſeq. & præſertim num. 18. Leonell. ſuper bulla Pij Quarti de ſociet. offic. in princ. verſ. primum. Rota

 diuerſ.

diuers. decis. 763. num. 2. par. 1. & quamuis, vt supra
129 dixi, istud † officium interponatur tantum ad colorandum contractum societatis, vt dicit Rota diuers. decis. 288. num. 7. in fin. par. 1. ex hoc non infertur,
130 quòd † societas sustineatur sine officio, & hoc non probare d. decisionem 288. sed confirmare opinionē, quòd iste contractus sine officio sit vsurarius, dixit Rota in Rom. societ. 29. Ian. 1601. coram Illustriss. Millino, & probat late Felic. de societ. cap. 9. nu. 64.
131 alias .n.† nisi interponeretur officium, deficeret subiectum communicantium rem aptam producere lucrum, & damnum, vt est necessarium in societate, vt per Rotā in d. Foroliuien. societ. coram Reuerendiss.
132 Damasceno. Immo verum non est, quòd in † officijs vacabilibus pars fructuum soluatur socio propter periculum vitæ, quia vt supra probaui, soluuntur, quia ita consueuerunt reddere, vt patet ex formula instrumenti societatis huius, in qua officialis promittit facere participem socium de fructibus, sed quia aliquando plures, aliquando pauciores ad effugiendū calculatorum fastigia taxarunt ad rationem 12. &c. vt latius prosequitur Rota in d. Foroliu. societ. coram Reuerendiss. Damasceno. Neque hoc tollitur ex eo, quod si dans pecunias non curreret periculum vitæ, non haberet 12. pro centenario, quia, vt dicitur in d. Foroliuien. societ. coram Reuerendiss. D. Damasceno, sunt considerandæ duæ personæ distinctæ, prima
133 est illa quæ † vendit officium super quo cōtrahitur societas, & non est dubium, quòd ipse non venderet officium tali pretio, quòd posset reddere 12. pro centenario in perpetuum, & absque vacabilitate; Altera
134 persona est officialis, † qui assumit socium, & iste non soluit 12. pro centenario propter periculum vitæ socij, sed quia res, super qua contrahitur societas, ita fructificat, vt supra probaui, & probat Castrac. cap. 10. nu. 17.

nu. 17. Rota in d. Foroliuien. coram Reuerendiss. Damasceno, & periculum tantum abest, quod possit ali-
135 quid operari circa hoc, quod vt supra dixi, si dans † pecunias subit periculum amissionis illarum, officialis currit periculum amissionis officij, quod fuit inuentum propter maiorem negotiantium cõmoditatem,
136 quia secundum rectum tramitem, cum officialis † perdit officium, dans pecunias deberet perdere suum capitale, vt dicit Felic. de societ. cap. 9. sub num. 64. vers. ex quo apparet. Rota in d. Foroliuien. societ: Vnde non bene infertur de periculo vitæ, de quo in societate inita super officio vacabili quia in illis periculum est intrinsecum, & de natura rei in istis autem è conuerso, & nihil habens commune cum negocio societ. vt latius in d. Foroliuien.

Nec in contrarium applicatur illud, quòd stante periculo vitæ liceat emere annuos redditus ad vitam
137 ementis, nam, † quando emuntur certi redditus, sors principalis non venit restituenda, quia pretiũ fit ven-
138 dentis. sed in † societate officij pretium non fit ipsius officialis, quia illa finita, sors principalis restitui debet, vt respondet Rota in Rom. societ. 28. Ian. 1591.
139 coram Blanchetto; & eadem ratione † contractus iste super officio non vacabili non posset sustineri tan-
140 quam census vitalitius, quia ibi † datur pecunia, vt perpetuo sit apud recipientem, seu vendentem, & in
141 hoc † sortitur naturam emptionis, ex quo pretium fit recipientis, & ius exigendi certum quid vita du-
142 rante potest deseruire pro re empta, & ita concurrunt tria requisita contractus emptionis & venditionis, nempe res pretium, & consensus. In contractu autem isto, vt dixi pretium remanet soluentis currendo tantum periculum amisionis in casu mortis, quod
143 patet ex ista formula, & sic † nil commune habet contractus iste, cum censu vitalitio, vt latius ponderat

Rota

Rota in d. Foroliuien. societ. coram Reuerendiss. Da-
144 masceno. Prout † etiam non potest sustineri tam-
quam sponsio; quia in sponsione solus euentus con-
ditionis habetur pro causa obligationis, & secundum
145 istum contractũ † pecunia amittenda propter euen-
tum mortis non esset danda ab initio; sed deberet quis
recipere pretium sponsionis, vt puta scuta 12. & se
obligare ad centum in casum mortis iuxta tertiam
sponsionis speciem, sic enim cessaret periculum vsu-
ræ, ex quo nullum posset considerari mutuum, verum
146 cum in hoc contractu ille, † qui dat duodecim velit
centum in manibus ab initio satis apparet, quod illa
12. non dantur pro solo vitæ periculo, sed pro mutuo
saltem simul, & mixtim, quod etiam probatur, quia
147 periculum † d. vnius anni maxime personæ sanæ, &
iuuenis, cum quibus plerumque fiunt istæ societates,
tanti non valet, quæ mixtura liciti, & illiciti sufficit
ad annullandum totum pactum, cum enim illud con-
148 tineat vnicam summam dicitur indiuiduum, & † in
indiuiduis licitum propter illicitum vitiatur, vt latius
prosequitur Rota in d. Foroliuien. societ. coram Re-
uerendiss. Damasceno, & tradit Felic. de societ. cap. 9.
num. 64. vbi in fine his fundamentis reprobat opinio-
149 nem † Sot. de iust. & iur. lib. 6. q. 6. art. 2. ad fin. &
Nauar. cons. 29. num. 2. de vsur.; reducentes, seu re-
uocantes hunc contractum ad sponsiones, licet non
multum clare se explicet.

Nec ad substinendam hanc societatem super offi-
cio non vacabili, iuuari posset assertio, quod tale offi-
150 cium redderet 12. pro centenario, † quia vltra, quod
hoc est inuerisimile, quòd officia nõ vacabilia reddant
quantum officia vacabilia, quia res non vacabilis non
potest tantum reddere, vt supra dictum est. libera
præsertim ab omni fortuito casu, vt solet stipulari in
huiusmodi instrumentis, de quo dicam loco suo, etiam

si hoc

151 si hoc concederetur, non tamen possemus † euadere inæqualitatem, quia officialis ex re communicata lucrabitur æquales fructus, & non subit periculum
152 amissionis capitalis, sicut socius, quæ societas † cum capitale est saluum, est omni iure prohibita, vt late probat Rota in d. Foroliuien. coram Reuerendiss. Damasceno, & prædicta in tantum sunt vera, quod pro-
153 cedunt etiam si Papa † concessisset alicui communitati, quod super officio puta eius Cancellariæ possent contrahi societates officiorum, quia huiusmodi concessio est intelligenda quatenus per Communitatem huiusmodi officium venderetur ad vitam, & sic concurrentibus terminis habilibus, quia aliàs sequeretur
154 quod Papa † concessisset facultatem fenerandi, seu faciendi societates vsurarias, quod absit dicere, & hæc interpretatio omnino est reijcienda, vt respondet Rota in d. Foroliuien. societ. coram Reuerendiss. Dama-
155 sceno. Vbi, quod in hoc nihil operatur aliqua † consuetudo, quia tamquam nutritiua peccati nihil valet, & corruptela est appellanda, & fuit etiam dictum in causa Romana societ. off. 17. Maij 1602. coram Reuerendiss. Attrebaten.

Neque contrarium disponunt constitutiones Apo-
156 stolicæ, † quia emanarunt ad coercendas nimiam
157 contrahentiũ licentiam in hac materia, & ideo † vel disponunt quod nisi super officijs vacabilibus possint fieri societates. Rota in dd. Rom. societ. off. 1. Iulij 1596. coram Corduba Foroliu. societ. 23. Febr. 1611: coram Illustriss. Lancellotto, & coram Reuerendiss. D. Damasceno Romana societ. 14. Ian. 1613. coram R. P. D. Pamphilio. vbi quod dd. Constitutiones ita
158 sunt intelligendæ, & cum † contineant decretum irritans dicuntur dare certam formam; qua non seruata societates sunt nullæ, vt in d. Romana societ. off. coram R. P. D. Pamphilio. Quòd magis dicendum esse

ibi

159 ibi dicitur stante † comm. vsu, & obseruantia, subsecuta cum omnes societates in Curia contrahantur super huiusmodi officijs vacabilibus, vt testatur Gabr. cons. 78. in princ. lib. 1. quæ obseruantia est optima interpres cuiuscumque dispositionis, & coadiuuari di-
160 cit Rota ibid. ex solita taxatione fructuum ad rationem 12. pro centenario, quæ correspondere solent fructibus officiorum vacabilium, non autem non vacabilium, quæ solent reddere quinque, prout reddunt prædia. Nec obstare d. decisionem 763. par. 1. diuers.
161 subiungit d. † decis. coram R. P. D. Pamphilio, quia ibi non fuerat contracta societas ad rationem 12. pro centenario cum compensatione periculi vitæ de qua
162 hic agitur, sed de † societate in qua erat inducta cõmunicatio dominij officij, cum participatione damni & lucri, vt præsupponit d. decis. 763. quod non negatur fieri posse etiam in officijs non vacabilibus, vt dicit d. decisio in causa Rom. societ. coram R. P. D. Pamphilio, vel saltem d. Constitutiones præsupponunt, & cum ista species contractus sit de sui natura mala, & nutritiua peccati, vt supra probatum est, nefas esset dicere, quòd Papa voluerit super illa dispensare, sunt verba Rotæ in mox allegata Foroliuien.; & ijsdẽ
163 fundamentis dixi non sustineri societatem † contractam super officio, quòd ex dispositione Papæ non debebat vacare moriente officiali, sed morientibus ipso, & alio fratre, & præcipuè propter inæqualitatem, quia officialis non currit periculum amissionis officij, cum tamen socius currat periculum amissionis pecu-
164 niarum. Nec obstat, quòd hoc eueniat propter † Papæ dispensationem, quia non ob id, quod concesserit non vacationem, censetur concessisse, quòd super tali officio possint contrahi societates officiorum ad 12. pro centenario.

Verum sumpta occasione ex illis verbis de quibus

in hac formula . quibus officialis fatetur, se recepisse
165 scuta tot non ab re erit hic notare, quod ista † socie-
tas non valet, si alia res loco pecuniarum data sit.
Bocc. de societ. num. 22. vers. sed in istis. & num 25.
vers. tertio probatur, latè Castrac. de societ. off. cap 7.
166 nu. 8. & licet in contrarium † teneat Gabr. cons. 81.
per totum lib. 1. quem refert, & sequitur Leonell. su-
per Bulla Pij I I I I. de societat. offic. glos. 13. vers. hic
167 tamen, vbi dicit ita obtinuisse, † nihilominus mihi
placet prima opinio, quam optime defendunt prædi-
cti, & præsertim Castr. loco citato, qui respondet Ga-
br. d. cons. 81. eius fundamenta, & rationes repro-
bando, & ne videar eius dicta transcribere ad illum te
remitto.

168 Sed difficultas est, an ista pecunia requiratur †
prompta, & numerata, & Bocc. num. 8. dicit, quod
ex forma huius instrumēti pecunia debet esse prom-
pta, & numerata. & in d. num. 8. ponit quomodo in
istis terminis probetur numeratio, & hanc opinionem
videtur sequi practicus ille Tiber. in sua praxi lib. 1.
169 cap. 14. num. 1. in fine, dum † vult quod iste con-
tractus tunc demum dicatur perfectus, si sequatur ra-
tificatio, & pecuniarum effectualis numeratio licèt
170 postea dicat, † quod semper ferè iste contractus sti-
pulatur absente creditore, & propterea non exbursan-
tur pecuniæ in actu stipulationis ex quo prius accede-
re debent fideiussores omnes, & nihilominus non
171 posse opponi contra istam societatem † except non
numer. pecun. stante præsertim obligatione Camera-
li, vt latius dicit Tiber. d. cap. 14. per totum. Dedu-
ctis autem hic per istum modernum obstant deducta
per Boccac. de societat. off. num. 28. Verum Rota se-
quendo d. cons. Gabr. 81. in vna Romana societat.
172 2. Aprilis 1601. coram Iusto. tenet, † quod contra-
ctus iste non requirat rem præsentem, & pecuniam

solutioni paratam, dum ibi deciditur, quod secuto †
173 cōsensu vtriusq; Socij societ.contract. perfectus dicitur, & initium sumit à primæuo consensu, quamuis confessio de recepto esset sub spe effectualis numerationis, nec consensus remouetur, vel suspenditur, vt ibi dicitur si restat adimplendum aliquod pactorum in hoc contractu saltem respectu dantis pecunias, non requirit rem præsentem & pecuniam solutioni paratam, sed quicquid sit an requirat pecuniam præsentem, quia de stylo seruatur contrarium, vt dixi, licèt
174 melius † esset ad obuiandum fraudibus, quod deberet in actu numerari. ne autem æquiuoces, non per
175 hoc † Rota firmat quod ad eius validitatem non debeat fieri in pecuniæ, sed tantum quod illa non requiritur solutioni parata; vnde non recederem à prima opinione, quam optimè comprobant Boccac. & Ca-
176 strac. locis super alleg. imò in † noua formula infra describenda, putaui addenda esse verba, per quæ denotetur hanc societatem debere fieri cum pecunia, & non cum alia re; & propterea addidi, quod officialis recipit in pecunia numerata coram, &c. vt latius ibi. Sed sequendo ordinem huius instrumenti, & ne longius discedam notare cœpi propter illa verba N. Miles sancti Petri. qualitates contrahentium hanc societatem, & dixi quod iniri non potest cum non habente officium. Ideo hic operæ precium erit prose-
177 qui notare inter quos possit † contrahi hæc societas, & dicere poteris, quod generaliter cum omnibus personis, quæ consentire & obligari possunt contrahi potest, vt latè Castr. de societ. off. cap. 12. per tot. Illi autem, qui potestatem consentiendi non habent, societatem contrahere non possunt, cum in illis deficiat
178 consensus, † qui est potissima pars ad contrahendam societatem. Castr. d. cap. 12. sub num. 1. & ex illo contractus iste perficitur: vt per Rotam in Roma-
na

na societat. 14. Nouembris 1583. coram Blanchetto Romana societ. 9. Maij 1588. coram Gypsio & in Romana societat. 2. Aprilis 1601. coram Iusto. Inde
179 cum † infans potestatem consentiendi non habeat, non potest istam societatem contrahere. Castrac. d.
180 cap. 12. sub num. 1. Pupillus † autem cum sui Tutoris auctoritate posset hanc inire societatem, vt dicit Castrac. ibid. num. 1. in fin. & difficultatem non habet,
181 quod † Tutor possit obligare pupillum in societat. offic. Gratian. disceptat. foren. cap. 360. num. 29. & fuit decisum in vna Romana societ. off. 12. Nouembr. 1601. coram Illustrissimo Ludouisio, vbi etiam non interueniente iudicis decreto quando pecuniæ versæ
182 fuerunt in vtilitatem. Non valere tamen † obligationem mulieris factam in hoc contractu societat. off. recognoscendo bonam fidem erga omnes coobligatos promittendo illos indemnes releuare illamq; præsumi dolose, & in fraudem legis procurat. nisi probetur pecuniam cessisse in vtilitatem mulieris se obligantis, licèt in instrumento diceretur pecuniam fuisse numeratam, quia propterea non crederetur cessisse in eius vtilitatem, imò simulatè recognouisse bonam fidem ad roborandum eius obligationem, quæ alias fuisset nulla. fuit decisum in Romana pecuniaria 20. Octobris 1593. coram Illustrissimo Millino. Romana societat. offic 4. Febr. & 17. Iunij 1602. coram
183 Pænia, sicutè contra † pecuniæ pupilli poni possunt ad societatem officij, vt probat Felic. de societ. cap. 4. num. 30. vbi num. 48. dicit quod poni possunt
184 tam super vita pupilli, quàm alterius, sed † de hoc valde dubito.
185 Cum enim negari nõ possit vtilius esse † currere periculum propriæ vitæ quam alterius, vt in proposito dicit Rota in illa Foroliuien. societ. 13. Ianuar. 1612. coram Illustrissimo D. Damasceno, vbi quod ob ma-

iorem negotiantium commoditatem, quos magis interest currere periculum propriæ vitæ, quàm alterius adinuentum est in hac societate, quod si officialis moritur officium amittat, & si moritur dans pecunias, vel persona nominata, amittat capitale, licèt secundum rectum tramitem amittendo officialis officium, dans pecunias deberet perdere capitale, vt supra dixi; Cum igitur magis intersit pupillum currere
186 periculum propriæ vitæ, quàm alterius, ✝ credo quòd pecuniæ debeant poni ad societatem super periculo vitæ ipsius pupilli, vt dicit etiam Castrac. d.
187 cap. 12. sub num. 10. Studeat igitur ✝ Tutor facere hunc contractum validum, nam si esset nullus, vel vsurarius, ipse Tutor teneretur, vt tradit Felic. dict. cap. 4 num. 48. vbi ante num. 38. dicit, quod istæ †
188 societates reputantur inter immobilia, & quod ideò per minorem alienari non possunt sine Iudicis decre-
189 to, quamuis † disdicta huius societatis fieri possit à minore maxime si in infirmitate detineatur, & de morte timeat, ne pecuniæ perdantur. Allegat Simoncell. hoc dicentem de decret. lib. 3. tit. 8. inspect. 16. num. 118. & 121. Idemq; quod dixi de pupillo, quod potest ponere pecunias suas ad societatem super officio
190 dicendum est in ✝ muliere, & alijs similibus dummodo contrahant cum debitis solemnitatibus; vt per Castrac. cap. 12. num. 9. vbi cap. seq. 13. post longam disputatum concludit fieri posse hanc societatem etiam cum Iudæis, & hoc, quod dixi de muliere, quod potest ponere suas pecunias ad societatem super officio difficultatem non haberet, quando illas dedisset mediante persona viri, qui asseruit pecunias esse vxoris, & nomine illius contrahere; vt in casu decisionum in causa Romana pecuniaria 14. Decemb. 1612.
191 coram R. P. D. Pamphilio, vbi † quod tali casu societates etiam, quo ad illarum fructus dicuntur spe-

192 ctare ad vxorem quæ quæstio, scilicet An hæc † societas contracta per vnum nomine alterius, vel de pecunijs alienis acquiratur contrahenti, an vero illi cuius sunt pecuniæ, fuit inquam hæc quæst. aliàs ventillata, vt videre poteris ex trad. in cons. Farin. 15. à num. 77. vsque ad 83. Vbi num. 90. decis. Rotæ super hoc referuntur lib. 1. sed non est dubium quod in casu isto societates, vt dixi spectent ad vxorem præsertim quando illi fuisset tradita etiam possessio, & de possessione constare dictum fuit in dicta Romana pecuniaria coram R. P. D. Pamphilio, ex eo quod vxor recipiebat de manu viri memorias societatum, & aliquando etiam fructus illarum, vt in dicta Romana pecuniaria, & propterea maritum tali casu teneri ad restitutionem non solum sortis principalis, quam habuit in illarum cassatione, sed etiam fructuum quos non consignasset vxori, & hæc non obstante præsum-
193 ptione † l. Quintus. ff. de donat. int. vir. & vxor. quæ cessat stante dicta confessione viri pecunias fuisse vxoris non faciendo distinctionem, an pecuniæ fuerint numeratæ per vxorem, præsente & tacente viro, vel quod per virum absente vxore, vt latius in d. Romana pecuniaria, & de confessione mariti constare dictum fuit ibi ex assertione per ipsum facta in pluribus instrumentis societatum, in quibus expressè declarauerat, quod tot pecuniæ erant propriæ ipsius vxoris, & residuum supplebat de suo, quia pecuniæ vxoris non sufficiebant, & in alijs instrumentis officiales dixerant recipere pecunias ab vxore per manus viri, qui propterea censetur fateri pecunias fuisse vxoris, nam ex illis verbis, per manus, colligitur ipsum fuisse simplicem ministrum, vt in dicta Romana pecuniaria. Et ex his, cessare, quæ dici solent de confessione facta in fraudem prohibitæ donationis inter virum & vxorem, quia stantibus prædictis dicitur con-

D 3 stare

ſtare de veritate illius, prout etiam ceſſat quod nomen vxoris in iſtis inſtrumentis cenſeatur ſimulatè appoſitum quãdo ex deductis cõſtat, quod pecuniæ cum quibus fuerunt contractæ ſocietates erant vxoris, & illi fuiſſe traditam poſſeſsionem, & maritum habuiſſe in illis nudum nomen, vt latius dicitur in dicta Romana Pecuniaria.

194 Non poſſet † autem mulier recipere pecunias ad ſocietatem officij non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatuti Vrbis, & præſertim recognoſcendo bonam fidem, quia tunc debet interuenire cauſa, & eius cognitio, alias iſta recognitio eſſet ſimulata Rom. ſociet. 4 Februarij 1602. & 17. Iunij 1612. coram Penia quando

195 † autem adeſt cauſa, vt puta, quando mulier ſocietates contraxit ad ſuccurrendum neceſsitatibus proprijs & viri ſui, niſi mulier remaneat penitus indotata, & ſine aliquibus bonis, benè, & validè obligata dicitur, fuit deciſum in vna Rom. ſociet. off. 13. Februar. 1606. coram Litta, & in Romana nullitatis contractus 28. Febr. 1611. coram Reuerendiſ. Atrebaten. vbi etiamſi alias maritus teneatur ſubuenire neceſsitatibus do-

196 mus, quia † non procedere deciſum fuit marito vergente ad inopiam, tunc enim vt ibi dicitur, ipſa te-

197 netur, & hoc non habet difficultatem hanc † ſocietatem, ſeu illius renouationem factam per minorem ſeu mulierem etiam ſine ſolemnitatibus ſtatutarijs ſuſtineri, quando fuit vtilis mulieri, vel minori, vel facta ex cauſa neceſſaria, fuit deciſum in Rom. pecuniaria 11. Decembris 1613. coram R. P. Manzanedo.

Dixi ſuprà quod iſta ſocietas contrahi poteſt ab omnibus perſonis, quæ cõſentire poſſunt, & non ſo-

198 lum per ſe ipſos, poſſunt cõtrahere, verum † etiam per Procuratorem habentem ſpeciale mandatum ab illo, qui dat pecunias ad contrahendam ſocietatem cum tali vel quacunque alia perſona ad tale tempus,

ſuper

super periculo vitæ personæ nominandæ per ipsum
199 procuratorem. Boccac. nu. 159. De † mandato autem sufficienti dubitari non potest, ad ponendum pecunias ad societatem officij sub periculo, quando esset datum mandatum ad accipiendum pecunias ad societatem, & quatenus adesset aliquod dubium, an facultas intelligi debeat de societatibus faciendis actiuè, vel passiuè, toleretur ex obseruantia subsecuta, vt fuit decisum in Romana fruct. societat. offic. 27. Iun. 1608. coram Illustriss. Lancellotto, vbi hæc difficultate carere dictum fuit quando partes ita fuerunt interpretatæ verba mandati, tam ex parte procur. cum pecunias soluerit, quam ex parte Domini pecuniarum qui ratificauit expresse per litteras, & dando mandatum ad talem societatem disdicendam periculum vitæ mutandum, & sortem & fructus exigen. quam etiam ex parte recipientis pecunias, qui personam procuratoris pro sufficienti approbauit, dum cum eo vti tali contrahendo cuius facultates propterea videatur perquisiuisse, sed etiam pecunias ab eo recipiendo, & illas vsque ad disdictam retinendo, ita vt sicut ab initio in receptione pecuniarum non opposuerunt contra facultates procuratoris, ita non debet postea displicere, quod semel placuit, nec impugnari persona semel approbata, vt dicitur in dicta Roman. fruct. societ. 27. Iunij 1608. coram Illustrissimo Lancellotto, in qua Dominis in illo casu visum fuit, vel mandatum fuisse sufficiens, vel quatenus illud pateretur aliquam difficultatem ex natura negotij, & omnibus simul iunctis induci talem obseruantiam, & interpretationem quæ sufficit, aut saltem ex illis resultare sufficientem approbationem & ratificationem; quæ æquipollet mandato, cum re integra superuenerit, vt latius dicitur in dicta Roman. fruct. societ. offic. sicut è contra Procurator ad hoc constitutus potest accipere pecunias ad societa-

cietatem, & de hoc non dubitatur.

200 Fuit autem aliquando dubitatum, an † Procurator constitutus ad obligandum dominum in hac societate possit illum obligare accipiendo pecunias pro alio, recognoscendo bona fidem, & regula videtur firmanda negatiua, quod non possit, quia etiam si habeat mandatum cum libera, non censetur per illud data facultas, vt in alterius fauorem fideiubeat, sed quando mandatum continet facultatem acceden. instrum. societ. facien. per quascunque personas ad fauorem quarumcunque personarum; quia Dominus tunc non poterat alio modo obligari, quam per viam fideiussionis, cum verba omnino repugnent quod intelligatur solum in cōcernentibus negotia domini, quia vult quod procurator possit accedere in contractibus faciendis per quascunque personas, & sic fideiubere, quod est quando alienæ obligationi quis accedit fideiussio valet, vt fuit latè decisum in vna Romana societ. off. 31. Ianuar. 1600. coram Iusto.

Sed dicitur hic in formula, in societatem duraturam ad sex menses, & deinde ad beneplacitum ambarum

201 partium, & † ita de stylo fieri solere ad sex menses, dicit Leonell. super Bulla Pij IV. de societ. off. Gloss. 12. in princ. Castrac. cap. 55. in princ. & hoc non sine misterio, nam, vt dicit idem Leonell. super d. Bulla in

202 princ. vers. octauum istæ † societates non possunt contrahi nisi ad certum tempus, Castrac. d. cap. 55. nu-

203 mer. 1. & seqq. vbi num. 13. dicit, quod † societas isto modo contracta, durat, & pura est etiam post sex menses, sed ad beneplacitum ambarum partium, vel vnius dissolui potest, & sic valida est. Nec illa verba

204 ad sex menses † propterea redduntur superflua; quia satis operātur quod infra sex mēses per dissensum vnius societas dissolui nō posset, vt dicit Castrac. dicto

205 cap. 55. sub n. 14. vers. nec illa verba. Dissicta † enim

non

non reuocat societatem determinatam ad sex menses pro quibus sunt soluti fructus, sed reuocat beneplacitum post sex menses solutos, Rota in Romana
206 societ. 16. Februar. 1596. coram Iusto, vbi alias † duraret societas, & etiam elapsis sex mensibus, & ideo omnino debet reuocari, Leonell. super dicta bulla Glos. 12. vers. hinc est etiam & melius Castrac. cap. 60. nu. 1.
207 Verum quia tale † beneplacitum durat vsque ad mortem, nisi reuocatum fuisset à partibus, vel ab vna ipsarum, vt probat Castrac. cap. 56. num. 9. & pluri-
208 bus seqq. Ideo † pro reuocatione talis beneplaciti introducta fuit disdicta, per quam socius declarat animum suum nolle amplius continuare in societate. Leonell. super Bulla Pij IIII. Glos. 12. vers. his tamen,
209 & † cuique ex socijs licèt per disdictam à societate recedere, vt concludit stantibus istis verbis, Castrac. cap. 17. num. 5. vers. contrarium tamen, & numeris sequentib. Felic. de societ. cap. 35. sub num. 18. sed circa modum illud reuocandi ponuntur in formula illa verba cum disdicta 15. dierum præcedentium, quæ fieri possit tam domi dimissa copia tam ipsi officiali, quam vni ex fideiussoribus accessuris, ex quibus verbis plures oriuntur effectus, & primo cum de
210 iure † ista disdicta deberet fieri principali met, & sic officiali, qui, vt dixi est principalis, & non recognoscenti bonam fidem, & per officialem, qui pecunias accommodauit. Castrac. cap. 60. num. 8. & 9. Honded. consf. 38. num. 1. lib. 1. Tib. in praxi, lib. 1. cap. 16. num. 1.
211 Felic. de societ. cap. 35. num. 25. vbi nisi † aliter sit conuentum, vel procuratori illius habenti ad id speciale mandatum. Boccac. sub num. 17. in fine; stanti-
212 bus † tamen istis verbis, tam ipsi officiali, &c. bene poterit fieri vni ex fideiussoribus, aut recognoscenti bonam fidem. Boccac. num. 107. Castrac. cap. 60. nu. 9. vbi quicquid cõtrarium esset dicendum deficientibus

istis

istis verbis, Felic.d.cap.35.num.25.& dicitur de trans-
213 latione † periculi vitæ, vt per Marches. de commiss. Appell.à Cam. oblig. par. 1. §.2. sub num.9.in vltima editione. Rota in d.Romana societ. off.9. Martij 1598. coram Peregrino.
214 Ex parte † autem disdicentis debet fieri à domino, vel à procuratore habente ad id speciale mandatum.
215 Honded.cons.38.nu.15. lib. primo. Nota † tamen, quod disdicere, & continuare societatem potest ille, qui illam contraxit nomine proprio de pecunijs alienis cum illi, & non domino pecuniarum fuerit quæsita omnis actio.Seraph. decis. 1210. sub nu. 1. Gratian, Disceptat. foren. cap. 1610. numer. 10. Minorem
216 † autem, & similes disdicere posse societatem, etiam sine Iudicis decreto, præsertim quando esset in infirmitate constitutus. Ex qua sequi posset mors, & pecuniarum perditio si disdicta non fieret. Simoncell. de decr. lib.3.tit.8.num.121.Felic. de societ. cap.4. nu.38.
217 Per † procuratorem autem habentem speciale mandatum fieri posse disdictam.Bocc. de societ.officij, nu-
218 mer.17.Felic. de societ.cap.35.nu.21.vbi † num.53. firmat quod sufficit mandatum generale quod credo falsum esse per ea, quæ deducit Honded.vbi mox, sed
219 hoc admitto † quando procurator haberet mandatum cũ libera. Felic.d.cap.35.n.21. Seraph.decis.238. num.1.de tali autem mandato doceri debet,quia alias facta non valet.Castrac.cap.61.num.6.Felic.d.cap.35.
220 num.26. † in tantum quod tunc non possit per dominum ratificari vt per Honded.d.cons.38 à n.11.19.
221 & seqq. vbi quod † etiam stante ratificatione valida 15. dies tunc carere inciperent à die ratificationis cum nullum adesset in suo casu mandatum, secus autem quãdo adesset aliquod mandatum, & sic procurator falso non asseruisset se procuratorem tunc enim videtur ratificatio retrotrahenda ad diem datæ

quia

quia actus non fuit nullius à principio, vt referendo, & declarando d. conſ. Honded. 38. dicit Felic. d. c. 35. num. 56. & 57.

Secundus eſt effectus prædictorum verborum, quod
222 licet deficientibus dd. verbis † diſdictá deberet perſonaliter fieri, vt probat Tiber. in praxi lib. 1. c. 16. n. 1.
223 licet † in hoc cõtrarium teneat Rota apud Seraphinum deciſ. 1210. num. 3. vbi maxime ſtante illius reproductione, proceſſu & relaxatione mandati, tamen
224 † negari non poteſt, quin ſtantibus prædictis verbis, ceſſet omnis difficultas, & fieri poſſit etiam domi dimiſſa copia. Boccac. de ſociet. num. 13. & 107. Caſtrac. cap. 60. num. 16.
225 Iſta autem diſdicta † poteſt extraiudicialiter fieri, ſed probari legitimè debet per duos teſtes conteſtes. Tib. d. cap. 16. num. 1. Caſtrac. c. 60. num. 12. Rota Maceraten. apud M. Anton. de Amatis deciſ. 1. ſub
226 nu. 29. & 30. & ante Boccac. nu. 154. ſicut † etiam in reproductione diſdictæ Notarius debet teſtes adhibere aliàs illi non creditur. Tiber. vbi mox. numer. 7.
227 Caſtr. d. cap. 60. ſub n. 13. vbi num. 14. dicit, † quod poteſt fieri die, vel tempore Feriato. & num. 15. quod quando fit perſonaliter poteſt fieri etiam ſine ſcriptis, ſed coram teſtibus. Stantibus autem verbis in noſtra
228 formula, vel domo dimiſſa copia ſequitur † quod fieri debeat in ſcriptis; & ita ſeruatur, vt per Caſtr. d. cap. 60. ſub num. 16. Rota Maceraten. apud M. Ant.
229 de Amat. deciſ. 1. num. 25. & 26. & ſeq. vbi † etiam ſi eſſet perſonaliter intimata ſtantibus his verbis non poſſet dici legitimè facta non relicta copia ſicut poteſt
230 etiam fieri † abſenti hæc diſdicta, & per contradictas ſtante conuentione de qua hic, quicquid in contrarium eſſet verius illa deficiente Bocc. num. 13. Aduer-
231 te autem quod † diſdicta in actis reproduci debet, ne ſit in facultate diſdicentis ea vti, vel non, quia aliàs

dare-

daretur materia fraudi expectando exitum dubij euētus. Verall. decif. 103. lib. 2. in manuſcriptis, & ita fuiſſe deciſum coram Acchille de Graff. die 9. Maij 1554. recitando tenorem deciſionis. teſtatur Boccac. n. 154.
232 & 190. Idem Boccac. num. 14. & 163. vbi † quod ſi non eſt reproducta ante obitum dantis pecunias officialis lucratur pecunias. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 16. num. 4. qui aliàs deciſiones ad hoc allegat ex mandato Pij V. Caſtrac. cap. 61. ſub num. 4. verſ. attamen, & num. ſeqq. Felic. de Societ. cap. 35. num. 24. Rota Maceraten. apud M. Anton. de Amat. deciſ. 1. nu. 14. & ſeq. Seraph. deciſ. 918. num. 5. & fuit dictum in Romana Vineæ de Brunis 2. Decembris 1591. coram
233 Orano, tanto † magis, quia diſdicta facta à Curſore vt fieri ſolet coram A. C. videtur facta animo reproducendi coram A. C. & penes Notarium dimittendi quod cum non fecerit, videtur intimans declaraſſe animum ſuum nolle ea amplius vti, vt dicitur in dicta deciſione, Verall. 103. & ponderant Boccac. num. 14, verſ. & ratio eſt. Caſtrac. d. cap. 61. num. 6. Rota Maceraten. d. deciſ. 1. num. 18.
234 Immo † non afficere niſi à die reproductionis, probat Tib. d. cap. 16. num. 5. & hoc de mandato Pij V. dicit poſt Boccac. Rota Macerat. apud M. Anton. de Amat. deciſ. 1. num. 15. Et hæc hodie indubitata redduntur ſtante Conſtitutione S. D. N. Pauli Papæ V. quem Deus Optimus Maximus diutiſſime nobis incolumem ſeruet, diſponen. quod Notarij teneantur
235 non ſolum † diſdictam in manuali regiſtrare, ſed etiam in margine inſtrumenti adnotare his verbis, ſcilicet die tali diſdicta, & die tali reproducta, neque
236 talis † reproductio diſdictæ in actis alterius Notarij de ſocietate non rogati fieri poteſt, iuxta diſpoſitionem d. Conſtitutionis. tit. de Notarijs tribunal. Vrbis, vbi quod facta in actis alterius Notarij non vult

quod

237 quod suffragetur, † nisi quando contractus societatis extra Vrbem est rogatus, vel etiam in Vrbe, quando est rogatus Notarius, qui non est actuarius alicuius tribunalis, quibus casibus disdicta, vt ibi disponitur registrari debet in manuali sub pœnis ibi expressis. Dispositio autem d. Constitutionis causam
238 dubitandi dedit, An casu quo disdicta † non sit annotata iuxta formam traditam in d. Constitutione suffragari possit, ad effectum, quod non sit locus lucro pecuniarum de quo dic, vt dicam quando agam de translatione periculi vitæ. Sed circumscripta etiam
239 ista Bulla non sufficeret in actis constare † de relatione executionis disdictæ, quia non dicitur de ea apparere, nisi constet eam infra quindecim dies fuisse
240 reproductam: nam † facere extra tempus, & non facere æquiparantur. Rota Macer. apud M. Anton. de Amat. decis. 1. num. 16. & 17. & hoc tanto magis,
241 quia disdicta † in actis non reproducta infra quindecim dies, non potuit fieri communis vtrique parti. ita vt ille, cui est facta disdicta posit illa vti, sicut ille qui disdixit. Rota Macerat. d. decis. 1. num. 18.
242 Sed dubium est An dies reproductionis disdictæ computari debeat in termino quindecim dierum, in quo articulo. Leonell. super Bulla Pij IIII. Glos. 12. vers. dubitatur secundo, tenet quod tempus hoc casu currat de momento ad momentum. Rota Macerat. apud M. Anton. de Amat. decis. 1. num. 36. sed contrarium est verius, quod immo tempus non currat de momento ad momentum, & sic dies in quo fit disdicta non computetur, probant Castrac. cap. 63. nu. 4. & consuluit Eugen. cons. 48. Felic. de societat. cap. 35. sub num. 23. & in hoc est decisio in Romana societ. off. 14. Septembris 1601. coram & facit decisio in illa Romana societ. 27. Iunij 1597. corã
243 Card. Lancellotto, vbi fuit decisum quod dies † cõ-

tractus

tractus non erat computanda in quindecim diebus, inter quos erat facienda nominatio periculi vitæ, quia dies termini non computatur in termino iuxta veriorem opinionem, & multo magis procedere dictum fuit dicta opinio, quando versamur in materia odiosa, in qua dies termini nunquam computatur, & in dubio magis fauendum esse agenti ad recuperationem pecuniarum, quam lucrum prætendenti, vt dicitur in dicta Rom. societ. coram Lancillotto, vbi idem decisum fuisse dicitur in alia Rom. societ. 27. Iunij 1586. coram Clemente viij. tunc Rotæ Auditore, & in alia Romana societatis 26. Febr. 1596. coram Iusto, & in Romana societat. 16. Nouembris 1612. coram R. P. D. Caualerio, & in eadem coram eodem 8. Martij 1613.

244 Sed maior fit difficultas in eo, an ista ✝ disdicta fieri possit infra sex menses, pro quibus durare debet societas, vt effectum habeat sex mensibus elapsis, vt tradunt affirmatiuè Honded. consil. 38. numer. 3. lib. 1. Marchess. de commiss. appell. à camer. oblig. §. 2. num 5. par 1. in vltima editione, sed contrarium, quod disdicta fieri non possit durantibus sex mensibus; & si fiat nihil prosit, & quamuis ille sub cuius vitæ periculo pecuniæ positæ sunt, superuiuat per 15. dies pecuniæ sint superlucratæ, dicit per d. decis. Put. 68. lib. 3. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 15. num. 1. Verum prima opinio est verior, vt probat Castrac. cap. 58. num. 11. & Rota in illa Rom. societ. 16. Febr. 1596. coram Iusto; vbi fuit dictum non esse necessarium, quod 15. dies dati ad deliberand. currāt post semestre, quia hoc non dicitur in pacto, nec aliqua lege cauetur, sed currere debent à die intimationis infra, vel post semestre; & adimpletur pactum, quandocunque intimatio per 15. dies præcedat effectum disdictæ & ita est intelligenda

245 decis. ✝ Put. 68. lib. 3. vbi intimatio facta fuerit elap-

sose-

so semestri, & ideo durabat societas per 15. dies post semestre, & ita etiam intelligendi sunt alij, qui firmãt,
246 hanc † societatem durare etiam post disdictam per 15. dies videlicet Honded d.cons.38. numer.11.lib.1. Mantic.de tac.& ambig.conuent.lib.6.tit.23.num.37. Castr. cap. 62. Marches. de commiss. appell. à camer. oblig.par.1.§.2. nu.4. in vltima editione, licet contrarium dicat sensisse signaturam ex rationibus de quibus ibi per eum Tiber.in prax.lib.1.cap.23.numer.19.
247 vers. & quod fructus, vbi dicit quod † fructus societatis ad rationem 12. licitè percipi possunt durantibus 15. diebus disdictæ, quia intra dictum tempus durat societas. Rota Macerat. apud M.Ant.de Amat. decis.
248 prima num.37.vbi quod † si dans pecunias post disdictam infra 15.dies decedit officialis pecunias lucra-
249 tur, vnde male † loquitur Felic.de societ cap. 35. numer. 27. dum reprehendit Boccac. numer. 15. dicens
250 † hãc societatem durare elapso semestri per 15. dies allegando dictam decisionem Put. & dicit ipsum Boc-
251 cac. loqui contra communem obseruantiam, † quia ex prædictis apparet benè loqui iuxta terminos d. de-
252 cis.Put.in qua vt dixi † facta erat disdicta elapso semestri, & ideo nil mirum si durabat post semestre per 15.dies, quicquid verius sit quando disdicta facta esset intra semestre per 15. dies ante, vt declarat Rota in dicta Rom. societ. 16. Februar. 1596. coram Iusto, &
253 in hoc fateor quod male † loquitur Boccac. d. n.15. dum tenet quod disdicta non possit fieri infra sex men
254 ses, quod intellige † quando adest pactum quod disdicta præcedat per 15. dies ante secus deficiente hoc pacto, vt videtur sentire Rota diuers. decis. 134. circa
255 fin.par.1. Ista † autem disdicta stante conuentione quod fieri debeat per 15. dies ante non posset fieri post incæptum tempus 15. dierum licet antea fieri possit. Castrac.cap.58. num.13. & seq. quem refert, & sequitur

tur

tur Felic. d. cap. 35. numer. 18. vers. verum quia, quod intellige durante primo semestre, sed post sex menses si dans pecunias fructus non recipit pro secundo semestri, quandocunque disdicta fieri potest, secus post fructuum receptionem, vt per Castrac. d. cap. 58. num. 15. vsque ad finem cap. Felic. cap. 35.
256 sub num. 18. in fine. & num. 19. sed † horum opinio mihi non probatur. & contrarium tenet Rota in dict.
257 Romana societ. quod disdicta † fieri potest quandocunque, & adimpletur pactum quoties intimatio per quindecim dies præcedat effectũ disdictæ & fieri posset durante semestre soluto vt effectum habeat elapso semestri, vt latius dicitur in dicta Romana societ. coram Iusto 16. Februarij 1596. Hæc autem licet sufficiant quo ad validitatem disdictæ, non est omittendum notare vnum casum, qui non semel occurrit, &
258 est talis, Contracta † est societas super vita alicuius, qui cum ægrotaret fuit disdicta, & postea statim renouata, si post renouationem ille decedat, an societas dicatur lucrata. & Rota lis in causa Romana societ. 20. Iunij 1583. coram Cardinale Blanchetto, quæ est diuers. decis. 192. par. 2. & in eadem coram eodem 14. Nouembris 1583. resoluit, pecunias non esse super lucratas, fundamentis de quibus ibi, & inter alia stante ignorantia nominationis periculi vitæ illius, qui decessit; sed contrarium videtur sentire Rota in vna Romana societat. offic. 26. Octobris 1616. coram Reuerendissimo Domino Damasceno, vbi fuerat disdicta societas, & socius deuenerat ad restitutionem pecuniarum. Mortuo postea creditore in tempore disdictæ in infirmitate constituto, prætendebat debitor restitutionem pecuniarum, cum illæ lucratæ fuissent, quia dicebat disdictam factã fuisse in fraudem iminentis mortis, & allegabantur dd. decis. 192. par. 2. diuers. & alia superallegata, sed illis non attentis,

contra-

contrarium fuit decisum, quia disdicta non præsumebatur in fraudem, etiam quod paulò post, esset subsecuta mors, sed deberi probari infirmitas grauis iudicio Medicorũ, tẽpore actus vel disdictæ, & in casu d. decisionis constabat potius de contrario tempore, quo fuerunt restitutæ pecuniæ, & tanto magis, quando creditor non affectauit restitutionem pecuniarum, & ideo potuit etiam si graui, & periculoso morbo laborasset pecunias acceptare; quia non tenebatur esse sollicitus, an creditor sciret suam infirmitatem, sed imputandum est debitori, cur non quæsiuerit de statu
259 illius, cum quo contrahebat, & ob id † cessare dd. decis. diuers. 192. & aliam dictum fuit, quia ibi probatur casus desperatus à Medicis, & in hoc casu nõ 2. ibi fuit affectata fraudolenter restitutio, quæ abest in hoc casu. tertio ibi erat nominatum periculum tertiæ personæ, hic autem mors acciderat in dante pecunias, & sic in vno ex contrahentibus cuius periculum erat nominatum, & illius conditionem non debebat ignorare alter contrahens. vt latius dicit Rota in dict. Romana societ. 26. Octobris 1616. coram Reuerendissimo Domino Damasceno. Sed puta reperitur disdicta societatis, & altera pars allegat mortem illius, cuius vitæ periculum erat nominatum præcessisse disdictam, & ideo societatem fuisse super lucratam, cui incumbat onus probandi affirmatiuam, vel
260 negatiuam, & dic † quod hoc alleganti, scilicet mortem præcessisse disdictam incumbit onus probandum. Seraph. decis. 1210. num. 7. vbi ante num. 2.
261 dicit, quod disdicta † probatur ex fide Cursoris, im-
262 mo † non dicitur perfecta intimatio, seu disdicta, nisi à Cursore, vel nuncio sit facta relatio. Castrac.
263 cap. 61. nu. 7. Quid autem continere † debeat ista disdicta. Vide per Boccacc. de societ. off. sub num. 9. vers. Voluntate.

Sed pone facta est disdicta valida & postea creditor
264 recipit fructus alterius semestris, an † à tali disdicta censeatur recessum, per talem receptionem fructuum? dic quod sic, ex his quæ deducit Castrac. cap.58.num.15. in fine & seq. Felic. de societ. cap.41. sub numer. 21. vers. sed ista eius dicta, vbi id declarat
265 † non procedere, quando disdicta esset facta officiali, vel alio modo esset dissoluta societas tunc enim per talem solutionem fructuum factam ab eo, qui bonam fidem recognouit non potest dici recessum à disdicta, & societatem fuisse renouatam, quia pecunia, societate dissoluta non stat amplius sub periculo, ad societatem enim renouandam etiam consensus officialis requiritur, vt dicit idem Felic.d.cap.41. sub nu-
266 mer. 21. & pro hoc facit; quod ista societas † semel dissoluta, vel extincta reuiuiscere non potest. Seraphi-
267 no decis. 389. numer. 11. & iste est vnus † ex illis modis, quibus finitur societas. Boccac. de societ. sub n.9.vers.voluntate videndum est subsequenter, de alijs modis, quibus soluitur ista societas, quia in formula subsequuntur illa verba, qua societate finita. dissolui-
268 tur † igitur ista societas per mortem vnius ex socijs, scilicet dantis pecunias, vel eas recipientis. Boccac. num.9 Castrac. cap. 16. num. 1. & seq. Tiber. in prax. lib.1.cap.17.sub numer.1.Farinac. cons. crimin. 15. numer. 1.lib.1. vbi num. 2. dicit hoc præsertim procedere quando contracta fuit ad sex menses, & deinde ad be-
269 neplacitum; quia † illud morte expirat. sed quid si
270 societas † fuisset cessa per dantem pecunias, an finiatur morte ipsius, vel cessionarij, Rota in decis. relata per Farinac.d.cons.15.num.91. tenet quod per mortem cedentis finiatur, & non per mortem cessionarij, & in
271 specie † quod soluatur per mortem officialis. Mantic. de tac. & amb. conuent. lib.6.tit.2.nu.18.& tit.24. num.35. Gratian. discept.foren.cap. 276.num. 65. &

ante

ante Castrac. cap. 14. sub num. 1. & seq. Pacific. de saluian. interd. insp. 4. cap. 1. sub num. 51. Felic. de so-
272 ciet. cap. 29. sub num. 66. & hoc quia officia † Rom. cur. personalia sunt nec ad hæredes transeunt, vt dicit Castrac. d. cap. 14. nu. 3. Gratian. discep. foren. cap. 276.
273 num. 63. & per † mortem dantis pecunias, societatem finiri dicit Castrac. cap. 8. num. 31. & seq. Idque
274 quod dixi † per mortem officialis dissolui societates procedit etiam si contracta fuerit ad commodum alterius, qui bonam fidem recognouerit, & hoc non recipere dubitationem dicit post Gabr. cons. 63. num. 5. & 15. lib. 2. Mantic. de tac. & amb. conuen. lib. 6. tit. 24.
275 num. 3}. vbi n 36. subiungit, quod post mortem † officialis fructus licitè amplius percipi non possunt post Gabr. d. cons. 63. numer. 15. & consequenter nec is qui pecuniam accepit & bonam fidem recognouit, potest illam lucrari, vt prosequitur post Gabr. vbi proximè. Mantic. d. tit. 24. num. 36. & prædicta ampliabis vt in
276 tantum per mortem † officialis soluatur societas, quod procedit non solum in morte naturali, sed etiam ciuili, vt per maximam, vel mediam capitis diminutionem & confiscationem bonorum, Boccacc. sub numero 9. vbi etiam per cessionem bonorum. Castrac.
277 cap. 14. num. 4. vbi disputat, an isto casu † Fiscus teneatur restituere pecunias acceptas ad societatem super officio, & concludit quod sic fundamentis de quibus per eum Felic. de societ. cap. 34. sub num 27. vbi & ipse disputat, an Fiscus teneatur restituere pecunias acceptas super officio per officialem, & de publica-
278 tione † bonorum illius, qui pecunias dedit, quod per illam sit finita societas, dicit Castrac. cap. 38. nu. 1. Rota in Rom. pecuniaria 11. Decembr. 1613. & 17. Febr. 1614. coram R.P.D. Manzanedo.

Et hic aduertas ad illud quod nuper dixi, an Fiscus teneatur restituere pecunias acceptas ad societa-

tem super officio, quod sine dubio competit actio, pro consequendis pecunijs contra Fiscum; sed non propterea societas transit in Fiscum, vt deciditur in dicta Romana pecuniaria 17. Februar. 1614. coram R.P.D. Manzanedo.

280 Non autem † dissoluitur hæc societas per mortem fideiussorum, quamuis magis spectentur, quam officia super quibus contrahuntur licet malè fiat, vt dixi supra, nisi aliter in instrumento fuisset conuentum scilicet societatem dissolui per mortem vnius, ex fideiussoribus, Rota diuers. decis. 288. num. 1. & 2. par. 1. Mantic. de tacit. & amb. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 37. Gratian. discept. forens. cap. 276. sub num. 1. & 2.

281 Per † venditionem, seu alienationem etiam officij dissoluitur ista societas, Gabr. cons. 63. num. 15. & 16. lib. 2. Boccac. sub num. 9. vers. Item renunciatione, vbi de renunciatione officij, Castrac. cap. 41. num. 1. & seq. vbi de alienatione, & cessione, & cap. 43. num. 2. & de suppressione officij. Idem Castrac. cap. 40. num. 1. & seq. & de venditione plures decisiones ad hoc allegando. Pacif. de saluian. interd. inspec. 4. cap. 1. sub nu. 51. Tiber. in praxi lib. 1. cap. 17. sub num. 1. & loquendo de venditione, hoc etiam in Rom. Curia indubitatum dicit post alios Felic. de societ. cap. 34. numer. 10. Illustriss. Tuscus verb. societas, concl. 306. nu. 38. Farin. cons. 162. sub num. 13. lib. 2. Mantic. de tac. & ambig. conuen. lib 6. tit. 2. num. 18. Seraph. decis. 389. num. 3. vbi de cessione & de venditione, fuit decisum in Romana societ. 9. Iunij 1600 coram Illustris. Mellino.

282 Idemque † erit dicendum, quãdo vacaret officium per promotionem ad aliquam dignitatem, per quam induceretur mutatio status, vt de officio Thesaurariatus quod vacaret per promotionem ad Cardinalatum fuit decisum in vna Romana societ. officij 16. Iunij 1595. coram Orano.

Sed

283 Sed non † videtur verum, quod ista societatis dissolutio eueniat quia officialis mutat personam, & non ex venditione, quia non vendit officium, sed illud renunciat in manibus Papæ ad fauorem certæ personæ, cui confertur officium sic renunciatum à Papa, & obtento officio ab eo soluitur pecunia renuncianti, vt tenet Felic. de societ. cap. 34. num. 11. Nam ideo societas dissoluitur per officij alienationem, quia vendens non habet amplius officium, super quo societas subsistat, & sine illo, vt dixi clarum est quod ista societas con-
284 trahi non potest & † consequenter nec durare potest super officio, quod non posſidetur ab officiali. Boccac. sub nu. 9. & tradunt præallegati dum dicunt,
285 quod † ideo per alienationem officij societas dissoluitur, quia est perempta res super qua illa fuit contracta, Seraph. decis. 389. num. 3.
286 Innui † quod suppresso etiam officio à Papa societas dicitur dissoluta, vt tradunt Castrac. cap. 40. nu. 1.
287 vbi numer. 9. dicit, quod si Papa † pecunias officiali non reddat ipse tamen tenetur ad illarum restitutionem propter periculum amisſionis in casum mortis, quod currit socius, quem refert Felic. de societ. cap. 34. num. 6. & seq. & quod suppresso officio societas dissoluatur, tenet etiam Leonell. super Bulla Pij IIII. in
288 addit. ad glos. 13. sed † fatuè, & sine aliquo fundamento dicit non procedere quando officium in alium transfertur, quicquid sit quando supprimitur quibus obstant deducta per Castrac. cap. 42. per tot. & præsertim num. 11. vbi inter alia dicit officium non transire in tertium cum onere.
289 Circa † id autem, quod mox dixi officialem teneri officio suppresso ad restitutionem pecuniarum habitarum super officio, etiam quod Papa non reddat, distinguit duos casus. Felic. d. cap. 34. nu. 8. & 9. dicendo quod duobus modis officialis accipit pecu-

nias super eius officio vno prout passim fit, accommodat tantum officium, & reuera pecuniæ in ipso officio non subintrant, sed in alios vsus conuertuntur, & hoc casu si cõtractus sustinetur ratione dubij euentus, & ratione periculi & incertitudinis pecunia hoc casu erit restituenda, quia nihil cum officio cõmune habet, cum extra officium posita reperiatur, & quod casu fortuitu sit amissa dici non potest; Immo si sustinetur ratione periculi, & incertitudinis, dicendum esset, quod officio suppresso societas non esset extincta, quia iure res, quæ periculo subiacet extincta dici non potest extincto officio. Alio modo fit, quod officialis suscipiat pecunias super eius officio, quando illud emit, & pro soluendo pretio, & hoc casu, quia suppresso officio pecunia perditur, & hic pecunia non venit restituenda, quia qui vult ex officio lucrum consequi, consequenter tenetur periculum suscipere amissionis pecuniarum verba sunt Felic. d. cap. 34.
290 num. 8. & 9. sed ✝ hæc distinctio non subsistit, & ex facto corruit, quia ista societas, vt supra probaui non contrahitur, nec cõtrahi potest super periculo vitæ, sed verè contrahitur, & contrahi debet super officio, vel illius fructibus. Vnde malè dicit, quod nihil commune isto casu habeat pecunia cum ipso officio, & quod consequenter veniat restituenda, cum nec etiam vt ipse dicit fuerit extincta remanente, vt prætendit super periculo, quod fieri non potest, vt superius deduxi, & peius in secunda parte distinctionis, dum dicit quod ille scilicet dans pecunias tenetur subire periculum amissionis illarum oblitus periculi vitæ super quo in prima parte distinctiouis facit fundamentum quo periculo stãte officialem teneri restituere pecunias acceptas. Licet Papa illi non restituat. probat Castrac. dict. cap. 40. num. 9.
291 Sed redeundo vnde discessi, videndum est an ✝ regula

gula supra firmata, quòd per alienationem officij societas dissoluatur sit semper vera, & primò an procedat quando resignatio officij non esset per superiorem admissa, & dicunt aliqui quod non, cum ius non abdicetur à resignante, nisi resignatione admissa, & ius quæratur resignatario; sed nihilominus cõtrarium regulam procedere etiam, si resignatio non esset per superiorem admissa. tradunt Boccac. à n. 150. & pluribus seqq. Castrac. cap. 72. num. 8. & seqq. per decis. Seraphin. in vna Romana societ. 23. Ianuarij 1579. quæ est inter eius impressas 389. cuius rationes, & fundamenta respondendo contrarijs. refert Castrac. dict. cap. 72. à num. 8. vsque ad finem, & inter alia in d. decis. constituitur differentia inter resignationes beneficiorum, & officiorum cum in beneficialibus, vt ibi dicitur nullum sit commercium sine licentia Superio-
292 ris: Sed † officia sunt in commercio vt latius prosequitur d. decis. Seraph. 389. Castrac. & Boccac. vbi
293 supra, & † prædicta procedunt etiam quod officium fuerit cessum ex causa crediti, & cessionarius protestauerit, quod illud acceptat, non ad effectum illud restituendi, sed ad effectum illud vendendi. Seraph. dict. decis. 389. Limitabis nunc d. regulam quod per officij alienationem soluatur societas, vt non procedat in officijs in totum non vacantibus, vt sunt Notariatus Rotæ & A. C. per quorum alienationem totum officium non alienatur remanente dominio scripturarum penes venditorem, Tiber. in prax. lib. 1. cap. 17, num. 2. Felic. de societ. cap. 34. sub num. 15. Seraph.
294 decis. 143. sub num. 2. Scripturæ † enim Notariatus possunt hipothecari, & super illis contrahi hæc societas. Seraph. decis. 905. num. 3. & fuit dictum in vna Romana nullitatis census 5. Maij 1597. coram Corduba. Quæ ergo intelligo dummodo tales scripturæ sint capaces, & redditus sufficientis, vt post Tiber. dicit

cit Felic. dict. cap. 34. sub nu. 15. vbi subiungit, quod Tiberius multa dicit, sed loquitur sine iurium allegatione, quia ipse felicius non vidit forsan vltimam impressionem dict. praxis Tiberij, & iste est vnus ex illis casibus in quibus per officij alienationem non soluitur societas.

295 Alius est casus, quando † contracta esset super duobus officijs, quorum vnum alienetur, & aliud quod remansit erat societatis capax. Isto enim casu societas non dissoluitur per alienationem vnius ex officijs, Boccac. de societ. num. 187. & seq. vbi decisionem ad hoc allegat, eius tenorem recitando. Rota diuers. decis. 288. par. 1. Seraph. decis. 543. Romana census 30. Octobris 1602. coram Illustrissimo Millino, & in Romana societ. officij 28. Ianuarij 1603. coram eodem, & decisiones ad hoc allegat Illustriss. Thuscus verb. societas. conclus. 306. num. 39, Felic. de
296 societ. cap. 34. num. 43. vbi † reprehendit dicens
297 malè loqui. Boccac. dict. num. 188. dum vult, † quod stante taxatione ad 12. pro centenario siuè plus, siuè minus reddat officium quod remansit debeatur ad rationem taxatam, & aduertatur quod hæc non sunt verba Boccac. Sed Rotæ in vna Romana societ. 27. Aprilis 1576. coram Blanchetto, & dici non potest,
298 † quod malè loquatur, retentis terminis de quibus supra scilicet quando fructus officiorum, vt præsup-
299 ponit dict. decisio sint incerti, si † verò essent certi, & sic clarum esset quod officium quod remansit non erat capax pro rata, cuius est capax sustinetur. Rota in dicta Romana societ. off. 28. Ianuarij 1603. coram Illustrissimo Millino, & ratio prædictorum est, quia
300 societas † super re contracta, non extinguitur nisi re ipsa extincta. Rota diuers. dict. decis. 288. part. 1. Seraph. dict. decis. 544. nu. 6.

301 Sunt & alij modi, quibus soluitur ista † societas

mutuo

mutuo ſcilicet contrahentium conſenſu,tacito vel expreſſo. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 17. in princip. Inde
302 ſecundum aliquos per ſolutionem, † vel reſtitutionem partis ſortis principalis dicitur diſſoluta ſocietas, vt latè probat Tiber. in prax. lib. 1. cap. 17. num. 3. Marcheſ. de Commiſsione appell. à Camer. obligat. parte 1. §. 2. num. 3. pag. 785. in vltima editione. Pacif. de Saluian. interd. inſpect. 4. cap. 1. ſub nu. 51. & rationem aſſignant præallegati, quia exiſtente tali contractu indiuiduo; non poteſt in ſumma dari diuiſio quin pariter in conſenſu detur cum natura talium ſocietatum ſit, quod capitale remaneat ſemper, & tamdiu duret, quamdiu conſenſus integer remanet, ac vt erat perſeueret, & duret, & in terminis cenſus, quod per reſtitutionem partis cenſeatur receſſum à toto contractu. fuit dictum in Romana Saluiani interdict. 23. Iunij 1601. coram Litta. Contrarium verò tenet Boccac. de ſociet. off. num. 166. quem refert Felic. de ſociet. cap. 34. num. 42. & tenet Rota in vna Romana ſociet. 16. Martij 1579. coram Cardinali Blanchetto, in fine deciſionis, cuius tenorem recitat Boccac. num. 180. ſed Felic. dict. cap. 34. num. 44 ita diſtinguit quod ſi capitale forte fortuna extinguatur in parte, & tunc ſocietas duret in reſiduo, ſi verò capitale remoueatur à ſocietate pro parte de ſociorum voluntate extinguitur in totum, quia vnus eſt contractus, & vna eſt obligatio quæ ex actu receptionis neceſſe eſt vt ipſe dicit, quod in totum deſtruatur, & in hac ſocietate ad hoc vt per receptionem partis ne deſtrueretur in totum, vidiſſe fieri proteſtationem & licet fuiſſet oppoſitum quod eſſet contraria facto, fuiſſe tamen iudicatum pro parte capitalis non ſoluti, ſocietatem remanſiſſe; quod ſibi placere dicit, ex vi noui contractus, & inter conſentientes proteſtationi, ſed non quoad alios, qui huic proteſtationi nouum conſenſum

ſenſum

sensum non præstiterunt. Verum Rota in vna Romana societ. 1. Iulij 1602. coram Cardinali Pamphilio, nihil in hoc firmat, sed dixit quod ad hunc effectum, an sufficiat solutio partis ad dissolutionum totius societatis recurrendum esse ad mentem contrahentium à quorum verisimili mente pendere an voluerint discedere à tota societate, vel eius parte, quæ mens colligitur ex circumstantijs facti, & ob id constare debere solutionem fuisse factam in causam societ. & non esse factam in hanc causam probari ex eo quod fuit facta solutio in secundo, vel tertio mense primi semestris, pro quo erat cõtracta societas, quo tẽpore adhuc soluẽs non erat debitor ex causa societ. vt latius Rota ibi. admittit igitur Rota in hac decisione quod stãte verisimili mente contrahentium non discedendi à tota societate, quod societas remaneat pro illa rata non re-
303 stituta, sed hoc † non ex vi noui contractus, vt prætendit Felic. vbi supra, sed quia prima societas non est extincta: nam vt dicit Rota in dicta Romana so-
304 ciet. 16. Martij 1579. coram Cardinali Blanchetto † si res interijt in totum tunc soluitur societas, secus si adhuc aliquid superest. Rota diuers. decis 288. par. 1. Seraph. decis. 543. num. 6. Vnde superfluum est ingredi illam disputationem quæ necessaria esset, si societas isto casu remaneret pro rata non restituta ex vi
305 noui contractus scilicet an requireretur scriptura, † quæ licèt non sit de substantia huius societatis de communi tamen obseruantia in scriptis redigitur,
306 latè Castrac. cap. 11. num. 1. & 2. sed † ad tollendã hanc difficultatem, an societas sit dissoluta in totum vel pro parte bona est illa protestatio, de qua supra per Felic. qua stante non est dubium, quod societas non dicatur dissoluta in totum. vt ponderat Rota in illa Romana saluiani interd. 24. Iunij 1601. coram Litta.

Fini-

Finitur igitur ista societas omnibus modis de quibus supra, & illa finita officialis promittit iuxta hanc formulam restituere sortem vna cum fructibus decursis, & non solutis, & de his non est dubium quod teneatur restituere, sed dubium est in fructibus decurrendis post finitam societatem, donec restituatur sors principalis, an debeantur, vel ne, & in hoc clara
307 est conclusio † quod societate finita, quia remanet purum mutuum fructus non debeantur, Boccac. num. 139. Castrac. cap. 50. numer. 1. Rota in Romana Societ. 9. Februar. 1607. coram Reuerendiss. Atrebaten. Farinac. consf. crimin. 15. num. 5. & 6. lib. 1. siue societas finita sit per mortem, vt post Gabr. cons. 78. in fin. lib. 1. & cons. 63. num. 16. vol. 2. Leonel. super bulla Pij IV. de societ. offic. Glos. 11. vers. quo ad secundum. Honded. cons. 38. sub num. 28. lib. 1. Boccac. num. 136. Castrac. de societ. off. cap. 8. num. 3. Pacif. de saluian. interd. inspect. 4. cap. 1. sub num. 51. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 24. num. 36. siue finita sit per disdictam. Boccac. de societ. num. 136. Pacif. de saluian. interdicto inspec. 4. cap. 1. num. 51. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 67. per tot. Rota in Rom. fructuum & interesse 10. Decembris 1614. coram R. P. D. Pamphilio; siue tandem finita sit per officij alienationem. Castrac. cap. 47. per totum & præsertim num. 5. Pacif. qui plures decisiones ad hoc allegat. inspectione 4. cap. 1. sub numer. 81. Maresc. d. cap. 67. Rota in Rom. societ. 23. Iunij 1600. coram Illustrissimo Mellino, cuius tenorem
308 recitat Tiber. in prax. pag. 35 & † in hoc non suffragatur aliqua ignorantia alienationis officij. Pacif. d. cap. 1. sub num. 52. allegat tamen Castracanum qui contrarium tenet, vt infra apparebit. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 67. num. 3. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 23. sub numero 7. vers. & hæc locum habent, Rota in Romana so-
309 ciet. 23. Iun. 1600. coram Illustris. Millino, sed † contrarium

trarium quod stante ignorantia alienationis officij fructus licitè percipi possint, cum culpa officialis in non notificando alienationem officij nocere non debeat danti pecunias, defendit Boccac. num. 191. vbi præsertim stante iuramento & obligatione Camerali. Castrac. cap. 43 num. 5. & cap. 47. num. 10. vbi disputat, & concludit, quod si officialis acceperit pecunias, pro alio, & postea vendidit officium, ille pro quo fuerunt acceptæ pecuniæ nō tenetur ad solutionem fructuum post alienationem officij, vt ibi per Castrac. à num. 3. Tiber. in d. cap. 23. sub num. 7. vbi tenet, quod stante ignorantia alienationis officij debeantur fructus ad
310 rationem septem pro centenario; secus si sciuit † cauendum autem esse ab opinione istorum, & præsertim Castrac. & tenendum esse, quod siue dans pecunias sciuerit; siue ignorauerit alienationem officij fructus post illius alienationem non debeantur, dicit Felic. cap. 34. sub num. 17. vers. sed cauendum, & hoc optimis fundamentis, quia cum vt supra dixi per venditionem officij societas dissoluitur, & illa dissoluta cesset periculum vitæ, & amisionis capitalis prop-
311 ter † quod solum sustinentur societates officiorum, & licitè percipiuntur fructus, & remaneat purum mutuum, sequitur quod ex illo citra vsuram fructus percipi non possint, non obstante pacto, vel consuetudine in contrarium, sed solum competit actio ad interesse probatum verè, & concludenter iuxta doctrinam Pauli de Castro, de quo dicam latè infra; &
312 ideo † distinctio, quæ fit per Modernos inter scientem & ignorantem, non habet aliquod fundamentū, quia ignorantia venditionis officij non operatur, quod societas duret, sunt verba Rotæ in dicta Rom. societat. off. 23. Iunij 1600. coram Illustriss. Millino.
313 Neque huic fundamento obstabit dolus † officialis in non notificando alienationem officij nocere non debere

debere Domino pecuniarum, quia admittendum est ei non debere nocere, sed non est admittendum, quod lucrum debeat percipere deficiente, vel cessante periculo amissionis, cum contractus iste, propter solum periculum sustineatur, vt per Felic. de societ. cap. 34. num. 18. etenim non est necessaria ista certioratio alienationis officij, & ex illa non resultat aliquod præiudicium considerabile, cum non currat amplius periculum amissionis sortis principalis & is qui dat pecuniam facilè possit certiorari, & societas duret, vel nè, & ea dissoluta repetere sortem principalem, & ideo computare sibi debet, si est negligens, in requirendo an societas duret, Rota in d. Rom. societ. 23. Iun. 1600. coram Illustriss. Mellino, vbi fuit etiam dictum non es-
314 se verum, † quod lucrum isto casu retineri licitè possit, quia censetur donatum stante scientia alienationis officij, & indebitum sponte soluens, censeatur donare; nam vltra quod hodie istud non potest habere locum; quia ferè omnes societates fiunt ad commodum alterius & non ipsius officialis, & recognoscens bonam fidem facilè potest & ipse ignorare alienationem officij, clarum est etiam post alienationem officij, fructus non posse absque vitio vsuræ percipi, & re-
315 gula illa, † quod soluens scienter indebitum censeatur donare, non habet locum in vsuris, quæ possunt repeti etiam, quod spontè solutæ fuerint, vt prosequitur Rota in d. Rom. societ. off. 1600. coram Illustrissimo Millino. Pacif. d. inspect. 4 cap. 1. num. 54 Matescot. d. cap. 67, n. 4. latè Farin. cons. crimin. 15. n. 7. & seq. libro 1. vbi nu. 10. & seqq. dicit, quod nec recipiens tales fructus excusatur dicendo, quod & ipse exegerit, & debitor soluerit pro damnis & interesse. Immo non est verum quod censeatur facta solutio, in hoc casu animo donandi, quia potius censetur facta ad differendam restitutionem sortis principalis, quam vt donaret,

316 naret, & quando † potest sumi alia præsumptio, quam donationis soluens scienter indebitum potest repetere, Rota in mox allegata Rom. societ. coram Illustriss. Millino, Felic. d. cap. 34. num. 19. & 20. vbi respondet Boccac. numer. 191. contrarium tenenti, sed
317 † contrarium in hoc practicari & obseruari in Tribunali A. C. dicit Tiber. in prax. lib. primo cap. 23. sub nu. 7. vers. si autem, quæ obseruantia Tribunalis A. C. quantum valeat patebit ex infra dicendis. Transeunt
318 autem prædicta sine difficultate adeo vt † non valeret pactum, quod in euentum quod officialis amittat officium vel dimittat, vel renunciet soluere teneatur fructus ad rationem 12. pro centenario loco damnorum, & interesse, Boccac. num. 10. vbi tenet quod Iudex isto casu debeat tale interesse moderari ad rationem quinque, sex, vel septem pro centenario, quod intelligendum est concurrentibus requisitis de quibus infra.

Firmaui supra regulam generalem quod finita societate fructus non debeantur; quam regulam scias apud aliquos non transire sine difficultate, & absolu-
319 tè, & ideo tenent, † quod quando officialis fuit in mora restituendi sortem principalem factis aliquibus diligentijs, debeantur fructus, seu aliquod honestum lucrum. Gabr. consf. 78. inf. lib. 1. quem refert Boccac. sub num. 191. Honded. cons. 38. num. 10 lib. primo. Tiber. in prax. lib 1 cap. 23. num. 10. vers. factis autem, ex voto Accorambon. cuius tenorem ipse recitat pag. 31. & insertum est in cons. crimin. 15. lib. 1. Farinac. Leonell. super bulla Pij IV. Glos. 12. vers. 3. adhuc, vbi etiam
320 ex pacto, & de stylo † tribunalis A. C. taxari solere fructus ad rationem septem pro centenario. Leonell. super bulla Pij IIII. glos. 11. vers. sed consuetudine. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 23. num. 4. Boccac. sub num. 179. Castracan. cap. 50. sub numero quinto. vers. & ideo

Hon-

Hondedeus consil. 38. in fine libro primo.

Sed his non attentis credo, quod finita societate
321 † fructus non debeantur, non obstante pacto in contrarium de quo meminit. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. sub num. 17. quia huiusmodi pactum est in fraudem vsurarum, & ideò, inefficax, & nullius roboris. Accoramb. in eius voto de quo per Tiber. pag. 32. sub num. 2. vers. breuiter respondendo, vbi de magis communi, & plurimos ad hoc allegat Legistas, Canonistas, & Theologos; & respondet contrarijs Tiber. in prax. lib. 1. cap. 23. num. 10. Boccac. num. 133. & seqq. vbi recitat tenorem voti Theologi & Rotæ decis. Castrac. cap. 50. num. 4. Honded. cons. 38. sub numero 28. lib. primo. Pacif. post Rotam in pluribus caussis de saluian. interd. inspect. 4 cap. primo, numer. 53. Marescott. var. resol. lib. 1. cap. 67. num. 6. Farin. cons. crimin. 15. num. 21. licet in contrarium plura deducantur ibi à numer. 51. vsque ad 60. quibus respondetur
322 latè à nu. 61. vsque ad 75. & ibidem dicit, quod † hæc taxatio non potest succedere loco damnorum & interesse, quia de tali interesse debet aliter constare, quã per assertionem partium in instrumento, vt latius. ibi, num. 24. & pluribus seqq. Rota in Rom. societ. 15. Maij 1578. coram Card. Blanchetto Rom. fructuum societ. 26. Apr. 1595. coram eodem d. Rom societ. off. 23. Iu-
323 nij 1600. coram Illustriss. Millino, & hoc † pactum non roboratur aliqua consuetudine, vel stylo A.C. qui semper fuit per Rotam reprobatus. Castrac. cap. 50. sub num. 4. vers. nec tale pactum, licet ibi dicat, quod si taxatio sit correspectiua ad fructus illa licita sit iuxta opinionem Rotæ, de qua per eum ibi, quod intellige, vt dicam infra Marescott. d. cap 67. num. 6. Rota in Rom. societ. 28. Aprilis 1570. coram Card. Lancillot. dicta Rom. societ. off. 23. Iunij 1600. coram Illustriss. Mellino, & in dicta Romana fructuum & interesse 10.

Decem-

Decembris 1614. coram R. P. D. Pamphilio. Neque
324 minus fructus finita societate debentur ratione lucri cessantis & damni emergentis, nisi probatis requisitis. de quibus per Paul. de Castro in l. 3. §. finali de eo quod certo loco, Honded. plures decisiones allegans cons. 38. sub num. 28. vers. & quamuis. lib. 1. Leonell. super bulla Pij IV. in addit. ad glos. 11. Pacif. de saluiano interd. inspect. 4. cap. 1. nu. 57. vers. 5. amplia, Tiber. in prax. lib. 1. cap. 23. sub nu. 5. Farin. cons. crimin. 15. numer. 38. & num. 50. lib. 1. Maresc. var. resol. lib. 1. cap. 68. num. 7. Felic. de societ. cap. 34. num. 20. Rota in Romana societ. 15. Maij 1578. coram Card: Blanchetto. Roman. societ. 28. Ianuar. 1591, coram eodem. Roman. fructuum societ. 26. Aprilis 1591. coram eodem Blanchetto. Rom. societ. off. 23. Iunij 1600. coram Illustrissimo Mellino, & in Rom. fructuum & interesse 10. De-
325 cembris 1614. coram R. P. D. Pamph. & licet † contrarium quod scilicet stante mora restitutionis sortis principalis, & qualitate loci Vrbis Romæ, cesset dicta doctrina Pauli de Castro conetur defendere Boccac. num. 179. & 191. Leonell. super bulla Pij iiij. vers. 3. adhuc, vbi allegat ad hoc Gabr. cons. 78. vol. 1. & contraria procedere dicit quando in actis non essent deducta deducenda, cum probari debeat passum fuisse interesse, ob moram debitoris, & in hanc sententiam videtur transire etiam Castrac. de societ. cap. 49. sub num. 4. vers. sed si taxatio, Accorambo. in eius voto de
326 quo per Tiber. pag. 32. vbi tenet, † quod non probanti hæc requisita, debeatur aliquod honestum lucrum. Tamen non est recedendum ab opinione Rotæ. Et nõ
227 est verum, quod † mora sola sufficiat ad consequendos fructus, finita societate, ratione lucri cessantis, &
328 damni emergentis, licet † illa sit vnum ex dd. requisitis Pauli de Castro, & sine illa absque dubio non possunt prætendi isti fructus, quia est principale requisitum.

situm. Farinac.consf.crimin.15. num.43. & seqq. lib. 1. Gratian.discept. forens.cap.302.nu.7.& 8.d.Rom fructuum societ.26. Aprilis 1591. coram Card Blanchet-
229 to, sed sunt † etiam probanda alia requisita vere, & concludenter, & non præsumptiue, vt dicit Rota in dicta Rom. societ. 23. Iunij 1600. coram Illustrissimo Millino, & in Romana fructuum, & interesse 10. De-
330 cembris 1614.coram R.P.D. Pamphilio inde † ex qualitate loci, in quo passim inueniuntur occasiones pecunias inuestiendi, non probatur potentia lucri propinqua, sed requiritur in specie, quod tempore interpellationis debitoris creditor haberet certam occasionem pecunias inuestiend. vt fuit dictum in dicta Romana fructuum societ. 26. Aprilis 1591. coram Card. Blanchetto Gratian.discept.forens.cap.302. num.9. si-
331 cut non sufficit, † quod creditor plures fecerit diligentias pro consequendo suum creditum; cum protestatione quod intendebat inuestire pecunias puta in tot locis montium quos habebat præ manibus, & in promptu, vt constare asserebatur, & apparebat ex fide proxenetarum, quando procurator non habebat mandatum ad hoc speciale, & fides non fuisset recognita,
332 & † intimatio non fuisset facta personæ legitimæ, vt puta deputatis creditorum debitoris, de quorum interesse agitur,& legitimo modo personaliter se,& non domi dim. cop. vt latius in d. Rom. fructuum, & interesse 10. Decembris 1614. coram R.P.D. Pamphilio
333 vbi fuit etiam dictum, non sufficere † quod creditor haberet occasionem im promptu, & fecerit prædictas diligentias pro inuestiendis pecunijs, sed etiam est probandum, quod ob illorum non solutionem illa quæ habebat præ manibus emere non potuerit, vt requiritur ex dicta doctr. Castr. & decidit Rota in mox alleg. Rom. fructuum & interess. 10.Decembris 1614. coram R. P. D. Pamphilio.

Vides igitur quod ista requisita non solum probanda sunt, sed etiam plenè, & concludenter, & vt innui sola mora non sufficit deducta ex mandato expedito,
334 & alijs deligentijs factis post finitam societatem, † quibus stantibus iuxta stylum tribunalis A. C. & voto Accoramb. de quo supra pōt exigi à debitore moroso interesse ad rationem quinque, vel sex pro centenario, vt etiam referendo Boccac. num. 10. Onded. cons. 38. num. 28. dicit Felic. de societ. cap. 34. sub num. 5. At Rota, vt dixi semper tenuit, quod vltra moram, requirantur etiam alia requisita iuxta doctrinam Castren. à quo non discedit Diuus Thomas immo concordat vt dicitur in dicto voto Accoramboni, quia
335 licet, vt ipse dicit, † quis teneatur ad restitutionem eius, in quo alium damnificauit, non tamen sequitur
336 quod † eo ipso quod debitor est in mora soluendi damnificet creditorem, quia potest esse etiam, quod si creditor pecunias habuisset, vel noluisset eas inuestire, vel non potuisset deficiente occasione, & ideo necessarium esse concurrere etiam alia requisita. Castr.
337 sine quibus certum esse quod † stylus, seu consuetudo A. C. nihil operatur in vsuris, dicit Rota in dicta Romana fructuum, & interesse 1614. coram R. P. D. Pamphilio, sed quia dixi moram esse principale requisitum ad obtinendum hoc interesse, scias
338 quod dicunt aliqui quod † in ista materia sufficit ad illam incurrendam interpellatio extraiudicialis, vt post Castrac. cap. 46. num. 16. Felic. de societ. cap. 24.
339 num. 9. & quod † ista mora absque dubio incurritur statim in societate ista, quando finitur ex parte officialis propter scientiam dissolutionis, secus quando
340 dissoluitur ex parte dantis pecunias, quia officialis † non potest dici in mora, si id ignoret, vt post Gabr. cons. 78. in fin. lib. 1. Felic. de societ. cap. 24. sub
341 num. 10. & † facile ignorare potest, cum dis dicta

ex

ex pacto possit fieri etiam vni ex fideiussoribus, &
342 ita † puto esse intelligenda tradita à Farinac. consil. crimin. 15. num. 43. & seq. & num. 45. & seq. lib. 1. dum dicit, quod mora non incurritur ex eo quod in instrumento dicatur quod finita societate debeat restitui sors principalis.

Aduertas autem nunc quando agimus de requisitis concurrentibus pro interesse lucri cessantis, & damni
343 emergentis, quod † damnum concludentissime probatur per alia instrumenta societ. exhibita, & hanc probationem perpetuò Rotam admisisse, dicit Seraph. decis. 935. num. 4. post aliàs decisiones, quas allegat, & est inter recollectas per me in tractat. de obligat. Camer. 140. num. 6. & ideo quando fideius-
344 sor † pro extinctione primæ societatis contraxit aliam, protestando quod pecunias recipiebat, ad commodum, & incommodum principalis debitoris fructus secundæ societatis tenetur soluere ipse principalis debitor. Rota diuers. decis. 231. par. 2. de cuius dicti veritate dicam latius infra.

Vidimus an societate finita fructus debeantur, vidēdum restat, an valeat ista taxatio ad duodecim pro centenario stantibus illis verbis in formula, & interim illa durante facere eundem participem super omnibus d. suis officij fructibus proportionabiliter, & pro rata, quam ratam taxasse asseruerunt ad effugiendum calculatorum fastidia, ad rationem scutorum duodecim pro centenario, & anno quolibet.

345 Ista † taxatio igitur ad duodecim pro centenario solita est, & in omnibus ferè contractibus societatis huius consueuerunt taxari ad istam summam, aliquādo ad minorem, sed non ad maiorem. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 23. num. 1. Leonell. super Bulla Pij IIII. in principio vers. decimum. Castrac. cap. 3. num. 7. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 6. tit. 2. nu. 17.

346 Istamq; † taxationem permitti,& in iudicijs approbari, & illam licitè fieri posse, dicit post Boccac. de societ. off. num. 18. & seq. Castr. cap. 10. num. 8. & pluribus seqq. Felic. de societ. cap. 17. num. 3. Rota
347 diuers. decis. 300. par. 1. vbi † quod taxatio ad duodecim pro centenario licita est,& illa debeatur, licèt officium tot non reddat & incapax sit, siuè plus, siuè minus ex officio percipiatur, semper debetur eadem summa taxata, & officiali siue principali non soluente, datur actio contra fideiussores obligatos, ad quos magis quam ad officium respici consueuit, quia illud interponitur tantum ad colorandum contractum, & euitandam vsurariam prauitatem, & consuetudinem declarasse talem taxationem licitam propter vitam periculum. Boccac. num. 20. in fin. Castr. cap. 10. nu. 25. Felic. dict. cap. 17. num. 15. & quod ista taxatio, & præstatio vniformis permittatur propter periculum vitæ dicit Farin. cons. crim. 15. num. 4. lib. 1.

Sed non est verum, quod consuetudo, in hoc possit aliquid operari, & reddere hanc taxationem licitam
348 si est illicita, quia consuetudo † in vsuris nihil operatur, vt loquendo de hac societ. dicit Felic. d. tract. de societ. cap. 18. num. 34. 35. & 36. vbi quia vsura est prohibita de iure diuino, vnde nec Summus Pont. pōt circa illam dispensare nisi per viam declarationis, &
349 illi † qui dicunt consuetudinem declarasse hunc contractum non esse vsurarium, intelligi debent, vt consuetudo operetur ad euadendam pœnam in foro fori, secus in foro poli. Castrac. cap. 5. num. 25. Rota in Romana fructuum, & interesse, 10. Decembr. 1614. coram R. P. D. Pamphilio. Nec talis consuetudo vires recepit à periculo vitæ, quod quantum sit in hoc habendum in consideratione dixi supra.

350 Valebat igitur ista † taxatio, quia officia vt plurimum tot, scilicet ad rationem duodecim pro centenario

nario reddere solebant, & non quia consuetudo in hoc aliquid operetur. Immò ista consuetudo, vt aliqui dicunt parum tuta est, & hodie sine effectu redditur, quia illa fuit introducta ex eo quod societates olim verè fiebant super officio quod hodie, vt ipsi dicunt non est; quia verbo tantum societas fit super officio; sed re vera hodie non deseruiunt pro officiali, vt plurimum qui habet tantum nudum nomen, & ob id consuetudo, quæ istum contractum approbauit, quādo societas verè contrahebatur super officijs, non debet hodie extendi, quando non contrahitur super officijs. Felic. de societ. cap. 18. num. 51. Vnde licet ve-
351 rum sit quod in istis societatibus † plurimum deferatur consuetudini. Leonell. super Bulla Pij IIII. de societ. off. in princ. vers. tertium. & Glos. 11. in fin. Rota in Romana societat. 9. Maij 1588. coram Gypsio,
352 nam † consuetudo, vt dicunt ipsi, talem societatem licitam declarauit Castrac. cap. 4. num. 20. & seqq. Felic. de societ. cap. 18. sub n. 32. Nihilominus hæc consuetudo vt dixi, non operatur in his, quæ concernunt
353 peccatum, vnde absolute firmo quod hodie ista † taxatio sit omnino illicita, cum officia non reddant fructus ascendentes ad summam scutorum duodecim, &
354 nulli dubium quod ista † taxatio fuit permissa, quia vt plurimum tunc officia tot reddere solebant: Boccac. num. 19. Castrac., cap. 10. num. 8. Rota in Romana fructuum societ. 20. Octobris 1595. coram Cardinalis Blanchetto, & in Foroliuien. societ. 14. Ia-
355 nuar. 1614. coram D. Damasceno. Sed † hodie quando est certum, prout est certissimum officia reddere pauciores fructus, & non ascendere ad decem pro centenario, est etiam verissimum, quod ista taxatio est inualida & vsuraria, ad tradita per Castrac. cap. 10. num. 11. & seqq. & post Card. Tolet. dicit Felic. de societ. cap. 9. num. 69. vers. tertia est condi-

356 tio. Idcirco † illa est omnino reducenda ad fructus officiorum, qui vt dixi supra correspondere debeat
357 fructibus societatis; aliàs vsuraria est. Taxatio † autem retentis terminis de quibus supra à principio in hoc contractu valida est, ad effugiendum liquidationem fructuum, quia aliquando plures sunt, aliquando pauciores. Leonell. super Bulla Pij IIII. Glos. 13. vers. 4. vt fructus. Castrac. cap. 10. num. 10. Rota in Romana fruct. societ. 20. Octobris 1595. coram Cardinale Blanchetto.

Oritur nunc dubium ex verbis seqq. formulæ in quibus promittuntur fructus de semestri in semestri, in
358 principio cuiuslibet semestris, prout † de stylo anticipate soluuntur. Boccac. num. 38. Felic. de societ. cap. 41. num. 21. An isti fructus absque scrupulo an-
359 ticipate † recipi possint. Ratio dubitandi est, quia videntur quod admodo solui fructus pecuniæ quæ non accipitur, quia si societas sit scutorum centum, non soluuntur nisi 94. retentis sex pro primo semestri, sed vt dicit Boccac. nu. 38. ideo permittitur, quia tota pecunia est in periculo posita.

Sed maior fit difficultas in verbis, quæ sequuntur in formula, quæ rata sit libera, & semper currat, & solui debeat ad eandem rationem non obstante bello,
360 &c. & ita † solere stipulari summi contractus, dicit Rota in Foroliuien. societ. 13. Ianuarij 1614. coram
361 Reuerendissimo Domino Damasceno, & hoc † quia potest dari casus quod officialis non percipiat fructus, vel si percipiat non ascendant ad rationem taxatam, & sic posset facile euenire, quod isti fructus soluantur ab extra, & non quia ex officio percipiantur, vt necesse esse ad validitatem huius contractus supra ostẽdi, insuper repugnat natura contractus societatis, quia
362 illa † tunc est valida, quando damnum, & lucrum communicatur, & vbi periculum non est commune

socie-

societas appellari non potest, ad tradit. per Castrac.
363 cap. 9. num. 1. & seqq & licet † Boccac. num. 26. & Castrac. d. cap. 9. num. 8. & seqq. teneant hoc pactum quod ista rata semper currat, & sit validum,
364 † mouentur tamen iudicio meo friuolis rationibus ac fundamentis, quia dicunt quod toleratur propter periculum vitæ quod subit dans pecunias. Sed nimis magna onera imponunt huic periculo, & illud perfecto magni faciunt, & tamen cogitare deberent quod
365 istud † periculum, vt toties dixi ab officiali compensatur, quia si iste dans pecunias subit periculum amissionis illarum, officialis è contra currit periculum amissionis officij, Mantic. de tacit. & ambiguæ conuen. lib. 6. tit. 2. sub num. 17. Felic. de societ. c. 9. sub num. 64. Rota in Foroliuien. societ. 13. Ianuarij 1614. coram Reuerendissimo Domino Damasceno. Nec me mouet, quod si non valet hoc pactum iure societatis, valeat iure conuentionis, vt dicit Boccac. dicto num. 20. nam cum supra probauerim, hunc
366 † contractum non esse validum, sed vsurarium, si officialem non percepit tot fructus ex officio quod soluere promittit, Felic. de societ. cap. 9. nu. 69. versic. tertia est, cum alijs supra allegatis, certe pactum hoc quod etiam si officialis non perciperet fructus teneatur illos soluere remanet sine aliquo iuris fomento; & in fraudem vsurarum factum dicitur, vt supra probaui, quando dixi non valere pactum quod societate finita per officij alienationem, vel alio modo debeantur fructus; nec valet quod dicit Boccac. d. num. 20.
367 quod sicut Papa † potest pensionem liberam, & exemptam ab omni onere alicui reseruare, ita etiam partes in istis societatibus possint conuenire, vt rata
368 taxata sit exempta. Nam Papa † est Dominus absolutus in beneficialibus, & ideo potest reseruare pensiones exemptas: sed non valet quod ideo partes pos-

ſint facere quod rata taxata in hoc contractu ſit exem pta, dum facilè poſſet committi vſura, vt ſupra dixi, &
369 eodem fundamento non † intrat quod dicit Caſtrac. d. cap. 9. num. 11. quod quemadmodum ſi locarem equum, & conuenire, vt ad conductorem ſpectaret periculum, nihilominus poſſem mercedem recipere, ita etiam poſſe recipi fructus ſociet. etiam quod ad officialem totum ſpectaret periculum, quia ibi non adeſt periculum vſuræ cum ſit locatio, ſed conueniendo in hoc contractu, quod iſta rata ſit exempta, poteſt facilè committi vſura, quia vt dixi eſſet dare caſum, in quo officialis teneretur ab extra ſoluere fructus quos ex officio non percipit, & propterea non intrat etiã quod pactum contra accidentalia contractus valeat; vt per Caſtrac. d. cap. 9. num. 12. quia non procedit in vſu-
370 ris, vt ſupra dixi, & in hanc ſententiam, quod † hoc pactum non ſubſiſtat de iure videtur tranſire, Leonell. ſuper bulla Pij iiij. de ſociet. Gloſ. 21. verſ. ad ſecundum
371 dum dicit quod hoc † pactum eſt regulandum à priuilegijs officialium illis conceſſis in acquiſitione offi-
372 ciorum, & cum regulariter † vt ipſe dicit huiuſmodi officia habeant immunitatem; ita etiam ille qui dat pecuniam eadem immunitate gaudere debet. Sed hic Auctor præſupponit id, de quo quæritur, ſcilicet quod officium habeat immunitatem, ſed non tangit punctum an valeat iſtud pactum, quod illa rata ſit immu-
373 nis, licet poſtea ſubiungat quod † qualitas ſocietatis eſſet conſideranda, quia ſi facto calculo de dãno, & lucro, & ſtante tali pacto nec pars nec iuſtitia læderur pactum eſſet licitum, ſecus aliter cum igitur, vt ſupra oſtendi, hoc pactum ſit contra iuſtitiam, iſte auctor vult dicere quod ego firmo ſcilicet hoc pactum nõ va-
374 lere, vnde † puto iſta verba, quæ rata, &c. delenda eſſe ab hac formula.

Sequitur in formula pactum quod huiuſmodi ſocietate

cietate durante moriente verò persona, seu personis in ratificatione præsentis societatis infra 15. dies nominan. & interim, & si non nominauerit super ipsius dãtis periculo, morte tamen naturali & non violenta illata, vel inflicta ab homine, telo, ferro, vel veneno, aqua, igne, excepta etiam peste, bello vel aliter quomodolibet violenter, &c. aut alio Epidimiæ morbo, & si fæminas nominauerit, excepto partu & illius causa partus, ipse officialis superlucretur dd. scuta, &c. dixi
375 supra si benè recordor quod istud † periculum quod subit dans pecunias, reddit licitum contractum societat. huius. Felic. de societ. cap. 29. sub num. 21. & cap. 34. sub num. 18. Rota diuers. decis. 763. num. 7. par. 1. Roman. societ. 23. Iunij 1600. coram Illustris. Millino, & in Romana societ. 29. Ianuarij 1601. coram eodem,
376 & de hoc periculo, quod † per mortem amittantur pecuniæ, nisi per 15. dies ante mortem fuerit disdicta societ. meminit Simoncell. de Decret. lib. 3. tit. 8. sub
377 num. 121. Adeo vt † sine tali periculo, iste contractus sit vsurarius. Mantic. de tac. & ambigu. conuent. lib. 6. tit. 3. sub num. 17. in fine. Rota d. decis. 763. numer. 6. in fine & seq.

378 Dummodo verò dãs pecunias † subeat periculum amissionis pecuniarum non refert, an illud ponat in vita propria, seu alterius per ea quæ tradit Castrac. cap. 8. à num. 8. Leonell. super bulla Pij iiij. in principio
379 vers. duodecimum, vbi dicunt † quod possunt fieri prout de facto fiunt super periculo vitæ personæ no-
380 minandæ per eum qui dat pecunias & tali casu † si decederet dans pecunias, per mortem illius, esset finita societas etiam quod persona nominata superuiuat, quia vt dixi supra inter ipsum & officialem, consistit hæc societas Castr. cap. 28. numero primo, & seq. sed
381 † pecunia non posset dici superlucrata per mortem dantis pecunias, sed per mortem personæ nominatæ;

Leo-

Leonell. vbi ſupra Gloſ. 11. verſ. quo ad primum. Caſtrac. cap. 8. ſub num. 32. quod intellige dummodo non præmoriatur dãs pecunias, quia per eius mortem eſſet finita ſocietas, vnde non eſt amplius locus lucro,
382 vt per Caſtrac.cap.28 num.1.& ſeq.ſed † ante nominationem ſocietas non dicitur perfecta,& non eſſet lu-
383 crata per mortem dantis pecunias quia non † eſt verum quod periculum tunc currat ſuper vita ipſius. Caſtrac. d.cap.8.num.10.verſ.ſed ante nominationem vſq; ad numerũ 14. ſed hoc procedit deficiente clau-
384 ſula illa, † & interim,&c. hodie ſolita apponi, illa autem ſtante ante nominationem periculum currit ſuper vita dantis pecunias poſt nominationem ſuper vita nominati. Caſtrac cap.8.num.14. Rota in Rom.ſociet. 27. Iunij 1597. coram Illuſtriſſimo Lancillotto,
385 ſed ſæpe † iſte contractus celebratur per manus tertiæ perſonæ, quæ ſolet ſibi reſeruare facultatem diſdicendi periculum vitæ nominandi, fructus exigendi, &c. & ſæpe illam contrahunt, vt quotidie fit ſuper periculo vitæ perſonæ nominandæ; ſi talis reſeruatarius decederet ante nominationem an per eius mortem, ſocietas eſſet ſuperlucrata, dic quod ſic vt tenet Seraph. in ſuo voto, de quo per Tiber. in praxi lib. 1. cap.23.pag.mihi 44.ſed hoc procedit quando ſimpliciter fuiſſet ſocietas contracta ſuper periculo vitæ per-
386 ſonæ nominandæ,& interim, &c.ſecus † ſi fuiſſet dictum, vt ſæpius dici ſolet ſuper periculo vitæ infra 15. dis proximos nominan. tunc enim lapſo termino 15. dierum, & nominatione non facta, ſi creditor decederet pecunia non eſſet lucrata quia perinde eſt, ac ſi ſocietas facta non fuiſſet, vt probat Caſtrac. cap. 8. ſub num.24. verſ.aliquando.& numeris ſeqq. vbi num.29. & ſeq. dicit, quod ſi nominatio eſſet facta, ex illa nominato non acquiritur aliqua actio.
387 Sed contrarium quod † ſocietas iſto caſu dicatur du-

durare super vita dantis pecunias etiam lapsis quindecim diebus præfixis nominationi, & societas per eius mortem sit superlucrata fuit decisum in Romana societ. officij 9. Aprilis. 1612. coram R. P. D. Caualerio, vbi dictum fuit quod licet verba prædicta possint recipere interpretationem de qua per Castrac. in loco mox allegato tamen posse recipere, etiam aliam interpretationem, nempe quod interim non facta nominatione durantibus sex mensibus, postea ad beneplacitum, societas remaneat super periculo vitæ dantis pecunias, & ista interpretatio est magis consona, & conformis voluntati contrahentium ex pluribus, & hoc colligi dicit Rota in dicta Romana societ. off. mox alleg. ex pluribus, & primo ex eo quod societas fuit contracta ad sex menses, & pro illis anticipatè fuerunt soluti fructus, vnde colligitur, vt ibi dicitur, quod voluntas contrahentium fuit, quod societas duraret per integrum tempus sex mensium, non autem per solos 15. dies; nam alias induceretur correctio incontinenti, inter ipsas partes, si admitteretur, vt immediatè post factam societatem ad sex menses restringatur ad 15. dies. Quod interpretatio, vt ibi dicitur omninò est excludenda, & pro hoc ponderabatur obseruantia subsecuta optima interpres voluntatis cõtrahentium, quod fuerunt exacti fructus plurium semestrium postea decursorum, stante autem ista verisimilitudine Rotæ placet ista interpretatio, etiã quod verba strictè alio modo possent intelligi, quia verba debent inseruire intentioni præferentis, & non intentio verbis, & intentio contrahentium ea fuit, vt societas duraret ad sex menses, non autem ad 15. dies, vt dixi supra, vt latius Rota in allegata Romana societ. off. & si alias diceretur, sequeretur absurdum, scilicet ex illa restrictione, de qua per Castrac. hic allegat, scilicet claudicatio contractus, quia esset in potestate illius

qui dedit pecunias facere quod societas duraret, vel per 15. dies tantum, vel per sex menses, nominando, vel non nominando personam, super cuius vitæ periculo societas staret, & tamen conditio contrahentium semper debet esse æqualis, & præsertim in societate, quæ habet ius quoddam fraternitatis, & ita resoluisse Rotam in valdè similibus terminis in Romana societ. off. 19. Aprilis 1602. coram Illustrissimo Card. Lancillotto, dicitur in d. Roman. societ. off. 9. Aprilis 1612. coram R.P.D. Caualerio. Verum quia ista decisio patitur aliquam difficultatem, & hodie in dubium reuocatur, præcipuè ex eo, quod cum dans pecunias, ex conuentione deberet nominare periculum vitæ infra 15. dies, & si non nominauerit non possit consequi lucrum ex contractu, quem non impleuit ex parte sua, vt dicit Castrac. d. cap. 8. num. 28. putarem bonum esse addere in formula, quod non secuta nominatione infra dd. 15. dies periculum remaneat super eadem vita dantis Pecunias.

Sed retenta opinione Castrac. quod nominatione non facta infra d. 15. dies, in quorum spatio ex conuentione partium fieri debebat, societas non dicatur contractu, & non sit locus lucro, dubitari non raro con
388 tigit an stantibus ✝ istis verbis sub periculo vitæ personæ infra 15. dies proximos nominan. censeatur ex-
389 clusa dies contractus, adeò † vt societate contracta 14. mensis, si fiat nominatio die 29 eiusdem mensis, dici possit facta infra 15. dies, & nominationem esse factam infra 15. dies, fuit decisum in d. Rom. societ. 27. Iunij 1597. coram Illustris. Laucillotto, cuius fundamenta referendo tenet Gratian. discept. for. cap. 161.
390 num. 16. & seq. vbi præsertim stante † illo verbo proximos, quod excludit diem celebrati contractus quæ non potest dici proxima illius diei cũ sit illamet dies,
391 & ✝ quia dies termini non computatur in termino

præ-

præsertim ad effectum lucrandi, contra quod lucrum in dubio est indicandum, vt latius in dicta Roman. societ. 27. Iunij 1597. coram Illustrissimo Lancillotto.

Sed aduerte quod nõ obstan. facultate nominandi periculum vitæ infra 15. dies de qua nunc hic agitur
392 fuit aliquando dubitatum, an † dãti pecunias liceat vigore d. facultatis tempore quo infirmus reperitur talem nominationem facere, & fuit decisum quod sic, in causa Romana societ. 10. Decembris 1597. coram Cardin. Lancillotto, & fundamentum d. resolutionis fuit, quia cum ex hoc pacto dans pecunias haberet facultatem nominandi infra 15. dies poterat durante illo tempore quandocunque nominare, nec obstare, vt ibi dicitur, quod cum nominatio facta esset ab infirmo grauiter, & sic dicatur facta dolo, fuit enim respõsum, quod vltra quod non constabat de tali infirmitate, sed potius de contrario ex depositione testium, & ex verisimilitudine, cum ante nominationem non fuisset confessus peccata, & debuisset tamen probare scientia nominantis grauitatis suæ infirmitatis, alias non potest considerari fraus si ille de morte non dubitabat in hoc enim attenditur potius eius opinio quam veritas, & ad hoc allegatur decis. in causa Romana societatis. 20. Iunij 1583. coram Card. Blanchetto, & in omnem euentum prosequitur Rota in dicta Roman. societatis 10. Decembris coram Illustrissimo Lancellotto, sola infirmitas periculosa non est sufficiens ad inducẽdam suspicionem fraudis; nisi cum illa concurrant aliæ coniecturæ, quia imminentia mortis arguit potius desiderium salutis quam fraudis cogitationem; immo vt dicit Rota in mox allegat Rom. societat. fraus non probatur ex eo, quod nominatio fuerit facta, ne pecuniæ mitterentur, neque ex hoc potest allegari dolus cum facultas semper reseruetur ad effectum ponendi pecunias in capite alterius robustioris, alias sequeretur

quod

quod nec ab infirmo leui infirmitate posset fieri nominatio, & tamen hoc vt ibi dicitur ab omnibus admittitur, nec in contrarium obstare decis. in causa Romana societ. 1582. & 1583. coram Blanchetto, quia respondentur ibi, quod de illo tempore nominatio poterat fieri quandocunque sed hodie quando est restricta ad 15. dies est diuersa ratio, nam tunc poterat diferri nominatio vsque ad periculum mortis, & sic cessaret periculum quod facit contractum licitum, quod cessare hodie stante breuissimo termino 15. dierum, quo elapso non potest fieri amplius nominatio, dicitur in dicta Romana societ. 10. Decembris 1597. coram Illustrissimo Lancillotto.

Consueuerunt aliquando dantes pecunias ad societatem super officijs nominare periculum vitæ notarij rogati euenientè postea morte dantis pecunias oritur controuersia super lucro ipsarum, quia officialis prætendit isto casu currere super vita dantis pecunias &
393 † nominationem periculi super vita notarij non probari ex eius instrumento, cum non possit se rogari de his quæ concernunt propriam personam, vt in terminis tenet Boccac. de societ. off. num. 153. sed Rota decidit contrarium in Rom. societ. officij 5 Febr. 1609. coram Illustrissimo D. Cardinali Ludouisio mota ex eo quod primo sine difficultate non transit, an hoc casu ille notarius dicatur rogatus vel potius dominus officij adimisso etiam quod ille esset notarius rogatus adnotando personam suam super qua dans pecunias voluit currere periculum vitæ, nihil sibi assumpsit; cum ex ea nullum ius ipsi nominato non quæreretur, vt latè probat Castrac. cap. 8. sub num. 28. vers. sed an facta nominatione, & ista opinio Rotæ difficultatem non habet, quando ex circumstantijs facti cessaret suspicio fraudis vt si dans pecunias vidisset & approbasset talem nominationem, de quo dubitari non posse

dicit

dicit Rot. in d.Rom.soc.off.coram Illustris.Ludouisio, quãdo prout fieri consueuit fuit facta nominatio in eodẽ instrum. societatis in quo ipse dans pecunias interuenisset, & annotata esset in fide societatis, seu memoria illius adita etiam quietantia pecuniarum receptarũ in eadem memoria quibus stantibus cessaret omnis suspicio fraudis; & omnis sinistra interpretatio & admittit Boccac.dicto nu.153.in fin.vbi tenet quod si nominatio fuisset isto casu intimata per cursorem, statim vel ante obitum dãtis pecunias per 15.dies & notarius esset persona honesta, standum esse dicit huic nominationi immo eius dicta dicto numero 153. procedere dicit Rota, ibi quando nominatio non fuisset facta incontinenti, scilicet tempore celebrationis instrumenti, sed super periculo vitæ personæ nominandæ, & interim, &c. cum enim tunc periculum interim, staret super vita dantis pecunias; nil mirum si nominatio non probatur; & circa mutationem tollatur fides notario cum videatur in aliquo derogari iuri recipientis pecunias, secus autem quando, vt dixi nominatio fuit facta statim, & istam resolutionem procedere prosequitur Rota in dicta Rom. societ. quamuis postea dans pecunias declarasset societatem fecisse de pecunijs notarij rogati, & ijdem illam cessisset, quia sufficit qui de tempore instrumenti nullum haberet interesse ille notarius, vt latius Rota in dicta Rom. societ. coram Illustrissimo Ludouisio.

394 Non potest † autem prætendi nominationem non fuisse factam, nec ignorantia illius, quando in fide societatis diceretur, quod fuit nominatum periculum vitæ N. & debitor in illa se subscripserit, quia tunc videtur habuisse notitiam nominationis, quamuis istæ subscriptiones fieri soleant in carta alba. Gratian. discept. forens. cap. 162. num. 9. Rota in Rom. societ. off. 30. Octobris 1598. coram Orano, sed solet dici, quod morien-

moriente perſona in ratificatione huius ſocietatis in-
395 fra 15. dies nominan. quo caſu † ratificatio requiritur ad perficiendum contractum, cum ſæpe fiat abſentibus ipſis principalibus, alias non eſſet ſocietas. Boccac. num 123. & 125. & illa expreſſa requiritur nec ex
396 eo † quod creditor forſan ab officiali fructus percepit, ſocietas ſaltem tacitè, ſub periculo creditoris facta nec ratificata cenſetur nam fructus ab officiali ſoluti fuerunt, quia forſan credidit nominationem factam fuiſſe. Boccac. de ſociet. num. 185. & 212. Caſtrac. cap. 8. ſub nu. 20. verſ. nec ex eo, licet contrarium præſupponat Gratian. diſcept. foren. cap. 302. num. 6. dum vult quod eſt fructuum receptione optimè inferatur quod illos recipiens voluerit ſocietatem currere ſuper periculo vitæ nominatæ nulla habita mentione, an de illa habuerit notitiam, & quod huiuſmodi ratificatio ſatis inducatur per ſolutionem pecuniarum, aut fructuum retentionem, ſeu receptionem. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 14 num 4. & quod per exactionem fruct. 2. ſemeſtris ſatis dicatur ratificata ſocietas tenet Card. Seraph. in voto incipien. certum eſt de quo per Tiber. pag. 48.

397 Nec ex cedula † ſolutionis pecuniarum in qua purà fuiſſet dictum, per compimento d'vna compagnia d'offitio che ho fatto, &c. inducitur iſta ratificatio nã cũ in inſtrumento conuenerint quod interim pecuniæ ſtarent periculo vitæ dantis pecunias, præſupponit, pecunias numeratas; quia alias non poſſent ſtare ſuper periculo interim, & propterea noua aget ratificatione, & ita fuiſſe deciſum dicit Boccac. numer. 141. vbi quod propterea tali caſu non poterat eſſe locus lucro ſocietate non ratificata, Seraphinus in ſuo voto in vna Romana ſociet. de anno 1591. quod eſt impreſſum inter deciſiones recol. vltima. Farinaccio 59. & tenuerunt plures ex dominis in vna Romana ſociet. 11.

Maij

Maij 1582. cuius tenorem recitat Boccac. num. 182. & seq. Sed contrarium tenuit Rota, in vna Romana ſociet. 1. Iulij 1602. coram Cardinali Pamphilio, vbi decisum fuit, quod ex ſolutione ſortis principalis inducitur ratificatio, quia non ſolet fieri ſolutio niſi poſt perfectam ſocietatem, illamq; lucratam fuiſſe, & ita fuiſſe deciſum dicit in vna Romana ſociet. 28. Ianuarij 1602. coram Illuſtriſſimo Millino.

Iſtæ difficultates oriuntur ex eo, qui iſte contractus non celebratur præſentibus principalibus, & ideò ſæpe non nominatur periculum in inſtrumento quod ſi eſſet, vtique ceſſarent omnes lites circa has ratifi-
398 cationes quapropter puto † bonum eſſe, quod in futurum in actu celebrationis inſtrumenti nominetur periculum vitæ.

Dubitatur autem ſæpe, cui incumbat onus probandi mortem, vel vitam in terminis, de quibus loquimur
399 An agenti † ad recuperationem pecuniarum in ſocietatem datarum vitam illius cuius periculum eſt nominatum, vel dicenti lucratam, mortem. Dic breuiter quod agens ad recuperationem pecuniarum non tenetur probare vitam, ſed fundans ſe in lucro debet probare mortem. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 20. per tot. vbi quod nec tenetur cauere, de reſtituendo in euentum quod conſtaret de morte. Boccac. n. 169. Caſtrac. cap. 28. n. 3. & per tot. Rota in Tolet. Penſion. 5. Decembris 1603. coram Iuſto, vbi ad hoc allegatur deciſio in cauſa Romana Cappell. S. Pauli 30. Maij 1572. coram Cotta. Vel diſtingue prout latè diſtinguit Caſtrac. cap. 25. ſub nu. 8. verſ. ſed eadem quæſtio, vbi quod ſi dans pecunias reliquit procuratorem, & ille agat prædicta de plano præcedunt cum agat ex perſona ſui principalis, qui præſumitur viuere, ſecus ſi aliquis ageret tanquam hæres tunc enim mortem probare; vt latius Caſtrac. vbi nunc, in quibus termi-

nis etiam loquuntur præallegatæ decisiones.

Sed redeundo vnde discessimus vides hic, quod excipiuntur multi casus mortis, in quibus non esset lucrata pecunia in societatem data, & moderni hic, scilicet Castrac. cap. 17. & Boccac. num 33. & seq. latè
400 se extendunt in declarando, quæ † sit mors naturalis, & quæ violenta, & an per mortem violentam fiat locus pecuniarum lucro. Quæ disputatio cessat ex verbis istius Formulæ, dum contrahentes conueniunt, quod ille super cuius vitæ periculo est contracta so-
401 cietas ad hoc, vt sit † locus lucro, moriatur morte naturali, & non violenta, quod circa hoc facit cessare omnem difficultatem, ex traditis per Castrac. cap. 18. in princ. & Boccac. sub num. 34. & hoc scilicet hæc
402 exceptio † mortis violentæ inuenta fuit, quia aliàs daretur occasio captandæ mortis, & ad illam euitandam ponuntur hic ista verba morte tamen naturali. Boccac. num. 34. in fin. Leonell. super Bulla Pij IIII. glos. 21. vers. ad quartum. Castrac. cap. 17. sub num. 9. vers. quarto suadetur. & num. seq. & cap. 21. nu. 12. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 18. sub num. 5. Rota in Romana societ. officiorum 16. Aprilis 1612. coram Reuerendissimo Domino Damasceno. licèt contrarium præsupponat Cardin. Seraphin. in suo voto, incipien. casus præpositus, quod habes infra, dicens non esse verum hanc esse rationem huius dispositionis, sed esse generalem, ne qui morte violenta decesserit, subintret damnum amissionis pecuniarum, & hoc clarum esse, ex eo quod excipitur mors ex partu, in qua non potest cadere hæc ratio captatæ mortis, & ideò non esse restringēdam hanc rationem; Ego dico quod propter primam rationem, de qua per Rotam prudentes exceperunt casum mortis violentæ, & in contrarium non facere, quod excipitur causa partus, in qua non potest cadere hæc ratio, quia illa excepta

fuit

fuit propter illius frequentiam, quia plurimæ mulieres ex partu, & illius causa pereunt.

403 Non est autem dubium, quod † mortuus in casibus his exceptis vt Ferro, Veneno, &c. non dicatur mortuus naturaliter, sed violenter, ad hunc effectum,
404 vt de mortuo † in Bello, ita decisum fuisse. dicit Tiber. in praxi. lib. 1. cap. 18. num. 5. & fundatur in verbis, vel aliter quomodocumque violenter inflicta, Boccac. sub num. 121. vers. & quid si moriatur. Castrac. cap. 24. sub numer. 2. vers. Sed contrarium, vbi
405 cap. 25. per tot. disputat, an † si dans pecunias ad societatem proficiscens ad bellum, & nil de eo per multos annos audiatur præsumatur mortuus ad hunc effectum, & an morte naturali, vel violenta, & concludit, quod in dubio præsumatur decessisse morte naturali, vt ibi per eum sub num. 17. vers. circa se-
406 cundum, & de mortuo † in Aqua, vt si nando in flumine submergatur, quod per talem mortem non censeatur lucrata societas. tenet Card. Seraph. in suo voto in hac materia edito. Incipien. casus præpositus & ante Boccac. sub num. 119. inf. & licet in contrarium teneat. Castrac. cap. 23. à numer. 7. vbi in hanc partem inclinare videtur rationibus de quibus per eum, & ita fuisse decisum, quia cessat hoc casu ministerium hominis. dicit Tiber. in prax. lib. 1. cap. 18. vers. dubitaret forsan, quia ista mors, non potest dici mors violenta, sed naturalis. Boccac. num. 167. vbi
407 etiam tenet idem † dicendum, in casu quo quis percutiatur in capite à tegula proiecta à vento, verum Cardin. Seraphin. in voto de quo supra, vt eius verbis
408 vtar † dicit non esse attendendam auctoritatem istius boni viri, & ipsum non intellexisse quid sibi voluerit. Benedict. per ipsum allegat, quia illo loco agebat de differentia inter mortem naturalem & ciuilem, & tradit mortem qua combustione præcipita-

tione, strangulatione, submersione, vel fame infertur dici naturalem largo modo, scilicet ad differentiam mortis ciuilis per quam non confirmatur testamentum, sed per solam mortem naturalem, quoties anima separatur à corpore, & hanc Bened. auctoritatem manifestè decidere hunc casum. dicit Seraph. vbi supra, cum ab eo æquiparentur cōbustio, præcipitatio, strāgulatio, submersio, & fames, vnde cum ista fuerint expressè excepta debent omnia sub vna, & æquali determinatione comprehendi, sed etiam si concederemus, vt dicit Seraph. in dicto voto, sicut expresse negatur hanc dici posse mortem naturalem, tamen cum à morte naturali reperiatur excepta, quæ vi Ferro, Aqua, Igne, Veneno &c. infertur, dicendum est hos casus fuisse exceptos, à morte naturali, & violenta non comprehendi, perinde, ac si dictum fuisset excepta mors ex febre, quæ licet sit naturalis, tamen exceptio eam eximeret à generalitate mortis naturalis, ex speciali paciscentium voluntate, & ridiculum esse dicere hanc fuisse voluntariam mortem, & non violentam, cum certum sit eum qui nando in flumine, vi fluminis absortus est non voluntarie perire, sed lassatum vi fluminis victum perijsse, & iste casus comprehenditur inter casus, qui ex vi peruenire dicuntur.

400 Aduertas autem quod † Seraph. hoc loco nescio vnde motus nimio liuore loquitur contra Boccac. qui firma simpliciter dict. numer. 167. quod moriens in flumine dicatur mortuus naturaliter. & allegat Guilelm. de Bened. hoc dicentem, nec ipse Boccac. distinguit illo loco an largo, vel alio modo ista mors sit naturalis, sed firmat vt dixi, quod mortuus in Aqua notando, dicitur mortuus naturaliter, quod vt admittit etiam Seraph. hoc firmat Bened. in loco per Boccac. alleg. qui stante hac exceptione mortis in Aqua, tenet opinionem hic firmatam per Seraphin.

sci-

ſcilicet quod per iſtam mortem vt exceptuatam ex pacto à morte naturali non dicatur lucrata ſocietas, vt per eundem Boccac. ſub num. 119. infr. ſed non eſſe
410 verum proſequitur Seraph. vbi mox, quod † ratio huius diſpoſitionis, ſeu exceptionis mortis violentæ ſit, ne præbeatur occaſio captandæ mortis, ſed eſt etiam generalis, ne qui morte violenta pereunt ſubiaceant damno amiſsionis pecuniarum, quod patefieri, ex eo dicit, quod excipitur mors ex partu, in qua non poteſt cadere hæc ratio captatæ mortis, & ideò non eſt reſtringenda exceptio ex hac ratione, quod non applicatur generaliter ad omnes caſus, de quo ego ſupra dixi, quemadmodum proſequendo verba Seraphin. vbi ſupra, poteſt etiam ex lapſu tegulæ ſine facto hominis inferri vulnus lætale, ex quo mors ſequatur, & his ſtantibus concludit Seraphin. in dicto voto hanc quæſtionem carere prorſus omni difficultate, & non eſſe locum lucro pecuniarum per hanc mortem. Quam Seraphini opinionem ſi ſequamur
411 non erit etiam verũ, † quod ſocietas dicatur lucrata, quando aliquid motũ à vento prætereuntẽ hominem occidiſſet, licet contrarium teneat ſuper alleg. & tradit Tiber. in prax. dict. c. 18. nu. 7. vbi, quia hoc caſu ceſſat miniſterium hominis, vbi etiã idem dicit, quando quis mortuus eſſet ex igne accenſo in domo ſine hominis miniſterio, quicquid dicendum eſſet, quando ab homine accenſum voluntariè fuit, vt videtur ſentire etiam Caſtrac. cap. 29. ſub num. 13. & 14. Prædicta enim vt dixi non procedunt ſecundum opinionem Seraphin. de qua ſupra, quia iſtæ mortes comprehenduntur inter caſus, qui ex vi proueniunt vnde cum in hoc inſtrumento dicatur nõ vi &c. per has, & ſimiles mortes vi illatas, non poterit dici lucrata ſocietas. Sed contrarium videtur ſentire Rota in vna Romana ſociet. off. 6. Aprilis 1612. coram Reuerendiſſimo

41 Domino Damasceno, dum decidit † quãdo pecuniæ in societatem datæ dicantur lucratæ etiam quod mors infertur ab homine violenter de ordine iustitiæ, quam decisionem refert Marchef. de commiss. appell. à Camer. obligat. par. 1. §. 2. nu. 293. licet mendosè sit 243. pag. 823. & eius tenorem recitat pag. 907. in vltima editione & ante probauit Boccac. n. 91. Castrac. c. 30. per tot. & præsertim à num. 7. vbi num. 23. ampliat etiam si officialis instigasset dummodo id non fecisset animo consequendi lucrum. Fundamenta verò huius conclusionis sunt, quia verè vt dicitur in d. decisista est mors naturalis ad differentiam ciuilis, nec potest dici illata ab homine, quia mors, quæ infligitur de ordine iustitiæ, non attribuitur homini, sed lege Castrac. dict. cap. 30. num. 11. dict. Romana societ. off. 16. Aprilis 1612. coram Reuerendissimo Domino Damasceno, vbi quod quatenus possit dici illata ab homine, non tamen erit illata violenter, vt pactum requirit, sed secundum legem, & rationem, & hoc procedit etiam, quod lex non occidat, sed carnifex, qui si nunquam percuteret nunquam moreretur condemnatus, vt in dicta Romana societ. offic. coram Reuerendissimo Domino Damasceno, vbi fuit etiam dictum non obstare in contrarium, quod mors sit violenta semper quando causatur à nocumento extrinseco, & ad hoc allegatur Diuus Thomas dicens, quod licet D. N. Iesus Christus passus fuerit voluntariè iuxta illud Isaiæ oblatus est, quia ipse voluit, eius tamen mors fuit violenta, quia causata à nocumento extrinseco; fuit enim responsum in d. decis. mortẽ quæ infligitur de ordine iustitiæ esse violentã, ad differentiã naturalis quæ causatur à nocumẽto intrinseco, sed nõ propterea posse dici illatã ab homine vt requiritur ex cõuentione, de qua hic, quia homo in hoc casu seruit tãquã merũ instrumentũ, & res inanimata, vel saltẽ quatenus

tenus posset dici illata ab homine nō erit illata violenter, vt requirit pactum in fine, quod verbū totū qualificat; nec facere in contrarium dictum fuit in d. Romana societ. offic. coram Reuer. D. Damasceno, quod immo illa mors dicatur violenter illata, quando præuenit ex nocumento extrinseco de quo supra, quia dum partes morti inferendæ per hominem addiderūt verbum violenter, voluerunt aliquid plus, quam nocumentum extrinsecum, vnde aduerbium violenter staret otiosè, & sine misterio, & consequenter illud aduerbium violenter debet intelligi, quod sit illata ab homine contra ordinem iustitiæ, quia non reperitur talis mors violenta, quæ possit adesse, & abesse, à morte illata per hominem quam ista quod infligitur de ordine iustitiæ, vt probat Rota in d. Rom. societ. off. 6. Aprilis 1612. coram Reuerendissimo Damasceno. Istumque intellectum eo magis amplectendum esse ibi dictum fuit, quod exceptio mortis illatæ ab homine, vt etiam supra dixi, non videtur adinuēta ob aliud, quā ne alias per illum, qui est lucraturus pecunias pararētur insidiæ vitæ illius qui pecunias dedit, si quidem, vt ibi dicitur, antiquis temporibus in quibus societates per mortem officialis vacabāt ad lucrum Cam. A post. non fiebat ista exceptio, sed quacumque morte moreretur officialis, pecuniæ ad societatem datæ erant amissæ, cum igitur istud periculū cesset in morte quæ infertur de ordine iustitiæ debet cessare cautela etiam, & quatenus verba omninò repugnarunt, debent intelligi secundum naturam actus, qui geritur secundum illud, quod fuit verisimiliter cogitatum, & periculum vitæ modernarum societatum subrogatum in locum vacationis officij, de quo in antiquis societatibus quod sicut inde ita, & tunc contingebat ex omni genere mortis quatenus verba omnino non repugnent cedendum est, esse subrogatum cum eisdem qualitatibus. Nec

obstare dicit Rota in dicta Rom. societ. offic. coram Reuerendiss. D. Damasceno, quod & in morte illatã de ordine iustitiæ possunt cadere insidiæ, vt in subornandis testibus, & in corrumpendo iudic. quia istæ sunt res nimis insolitæ de quibus non præsumuntur contrahentes cogitasse, & ideo Castrac. cap. 30. num. 23. dicit pecunias esse istò casu lucratas, etiam si officialis instigaret, nisi apertè constaret id fecisse animo consequend. lucrum.

De veritate autẽ huius decisionis quod societas dicatur lucrata moriẽte dãte pecunias, vel alia persona, cuius periculũ vitæ est nominatũ per manus iustitiæ ego valdè dubito, nam omitto quod illud fundamentũ principale, quod ideo in hac societate excipiatur mors violenta, ad euitãdas insidias, quæ parari possunt vitæ dantis pecunias, quod cum cesset quando aliquis moritur per manus iustitiæ meritò debet cessare ista exceptio. Non enim ista ratio inquam decidend. transit sine difficultate, quia vltra quod vt supra innui, & in hac morte parari facilè possunt insidiæ, non est ita absolutè verum, quod ratio istius exceptionis mortis violentæ sit sola ne parentur insidiæ, quia vt dicit Seraph. in voto de quo supra excipitur etiam casus mortis in quibus cadere non possunt timores insidiarum, & inter alias excipitur causa partus, quæ vt dixi supra est naturalis, & in illa non possunt parari insidiæ, est igitur generale, ne qui morte violẽta pereunt amittãt pecunias, vt per Card. Seraph. vbi supra, & quamuis supra dixerim quod ratio prædicta firmata per Rotam in d. Rom. societ. off. coram Reuerendiss. D. Damasceno, scilicet ad euadendam occasionem parand. insidias sit vera ratio huius exceptionis mortis violentæ, non tollitur tamen quod non sit generalis, vt mox dixi ne qui morte violenta pereant amittant pecunias postquam excipiuntur etiam alij casus in quibus cessat

ſat hæc ratio. His enim omiſsis, vt dixi non poterit
413 dari caſus, † quod quis moriatur per manus iuſtitiæ, & pecunia ſit lucrata: nam cum ſtatim ſequuta ſententia, iſte talis dicatur mortuus ciuiliter ſaltem cum efficiatur ſeruus pænæ ex allegatis per Caſtrac: cap. 31. num. 4. & ſeqq. & per mortem ciuilem, vt ſupra dixi, ſit finita ſocietas ex ibi allegatis, ſequitur, quod tempore quo ſuperuenit mors per manus carnificis, nulla adſit ſocietas, & conſequenter nec lucrari poſſunt pecuniæ in ſocietatem datæ, quod etiam ſine
414 † difficultate procederet quãdo per ſententiam bona talis damnati eſſent publicata, quia tunc, cum dominium illorum tranſeat ipſo iure in Fiſcum abſque vlla apprehenſione, vt ſupra firmaui, quando egimus quibus modis finiatur ſocietas illa dicitur diſſoluta, vnde adueniente poſtea morte naturali poſt finitam ſocietatem, & poſtquam ſors principalis illius ttanſiuerit in fiſcum illa non poteſt ſuperlucrari, vt fuit deciſum in Romana pecuniaria 11. Decembris 1613. & 17. Febr. 1614. coram R.P.D. Manzanedo, & in contrarium non obſtare dictum fuit in eadem Romana pecuniaria 17. Februarij 1614 coram eodem; quod ſocietas tranſeat in Fiſcum cum ſuo onere cauſa & conditionibus, quibus in damnato reſidebat, & ſic per mortem dantis pecunias debeat officialis pecunias ſuperlucrari: fuit enim reſponſum quod dicta prima de-
415 ciſio † non firmat ſocietatem per publicationem bonorum tranſiuiſſe in Fiſcum; quo caſu forſan deducta in contrarium procederent, ſed firmat quod per publicationem bonorum ſocietas remanſit diſſoluta, vnde diſſoluta ſocietate per publicationem, non poteſt ſocietas iam extincta, & quæ non eſt tranſire in Fiſcum, ſed tantummodo actio pro conſequendis pecunijs in ſocietatem datis, & ſic deciſio infert, quod adueniente morte naturali damnati poſt finitam ſocietatem

nempè post publicationem, & postquam d. sors principalis illius transiuerat in fiscum, illa superlucrari non poterat, cùm ante mortem fuisset iam extincta & dissoluta iuxta cons. Gabr. 78. num. 1. lib. 1. vt latè probat Rota in dicta Rom. pecuniaria 17. Febr. 1614 coram R.P.D. Manzanedo; vbi etiam fuit responsum ad illud, quod cum damnatus non posset societatem disdicere infra semestre sequitur quod nec etiam possit
416 dissolui per d. publicationem. Nam societas † potest finiri etiam durante tempore pro quo fuit inita, vt in mox allegata Rom. pecuniaria.

Ab ista autem morte violenta hic excepta excipiũ-
417 tur vltra prædictum alij casus per Castrac. vt † quando dans pecunias se ipsum interficeret, tunc enim, vt ipse probat cap. 22. sub num. 4. vers. tamen in proposito, & numeris seqq. per tot. societas esset superlucra-
418 ta, vbi num. 16. dicit, quod † hoc allegans tenetur illud probare, quia non præsumitur aliquem se ipsum interficere, & ante num. 11. & seqq. disputat, an hoc casu pecuniæ in societatem datæ pertineãt ad Fiscum vel ad officialem, & concludit ad fauorem officialis, rationibus de quibus per eum, & quod hoc casu, scilicet quando dans pecunias se ipsum interficeret, pecuniæ sint lucratæ, & ad hunc effectum hæc non dicatur mors violenta, probauit Boccac. sub num. 122. & 168.
419 vbi ponit casum † vnius qui lætaliter vulneratus post octo dies à fenestra se proiecit & concludit, quod hoc casu societas non est lucrata, quia causa proxima fuit proiectio è fenestra, & sic mortem sibi consciuit; sed hoc declarat procedere, nisi ex vulnere effectus fuisset insanus. Tiber. in prax. lib. 1. cap. 19. & simili modo idem Castrac. cap. 20. excipit à morte violenta ca-
420 sum † in quo officialis occideret dantem pecunias in casibus à lege permissis, quos ipse ibi enumerat. dicit enim tunc officialem superlucrari pecunias in so-

cietatem acceptas, sed esse recurrendum ad intentionem officialis dicit d. cap. 20. num. 6. & seq. qui si occidisset animo consequendi lucrum tunc non esset lucrata; secus si de tali animo non constaret., sed quia animi solus Deus est scrutator non videtur multum in hoc insistendum; & inter casus, in quibus licitè ali-
421 quis interfici potest, est ille † quãdo officialis se defendendo dantẽ pecunias occideret absque tamen culpa immoderatæ tutelæ, & ideo isto casu societas esset superlucrata, vt probat idem Castrac. cap. 23. per tot. quicquid dicendum esset in alijs casibus non permissis, in quibus officialis fuisset causa mortis dantis pecunias, vt si illum interficeret, vel occidere faceret mandato, consilio, auxilio, vel fauore, vel si proijceret lapidem de fenestra, & illum occideret etiam casu, & in istis casibus officialis non lucrabitur pecunias de quibus omnibus habetur latè per Castracan. cap. 19. per tot.

422 In casibus † autem expresse exceptuatis nõ habet difficultatem locum non esse lucro, de quibus habetur per Boccac. num. 33. & pluribus seqq. & per Castrac. cap. 17. & pluribus seqq. & ideo cum inter alios casus excipiatur mors proueniens ex partu, vel illius causa,
423 licet alias † Mulier moriens in partu dicatur mortua naturaliter, & ob id locus esset lucro pecuniarum, vt
424 per Castrac. cap. 18. num. 14. stante tamen † hac exceptione, dubitãdum non est quod per talem mortem stipulatio non esset commissa, vt officialis pecunias in societatem datas superlucraretur, & ita fuisse decisum in vna Rom. prætensæ societ. 23. Iunij 1569. coram Oradino, quæ est decisio 345. lib. 2. inter eius recollectas; dicunt Boccac. sub num. 35. Castrac. cap. 18. sub num. 15. & allegatam decisionem refert Tiber. in praxi lib. 1. cap. 18. num. 4. & fuit resolutum in vna Romana societ. 16. Nouembris 1612. coram R. P. D.

Caua-

Caualerio & in eadem coram eodem 8. Martij 1613.
425 Debet autem partus esse causa finalis, & non impulsiua mortis, & quod sit causa proxima non remota, latè Castrac. cap. 18. sub. num. 15. vers. requiritur & numeris seqq. vbi num. 19. dicit quod si mulier decederet ante partum, vel post, non dicitur ex partu de-
426 cessisse, nisi hoc liquide probetur, & quod in dubio, † an decesserit ex partu vel non, stãdum est iudicio medicorum, vt post Rota in dict. Rom. prætensæ societ. coram Oradino. Castrac. d. cap. 18. num. 20. Rota in d. Rom. societ. 16. Nouembris 1612. coram R.P.D. Caua-
427 lerio. Dicitur autem mulier † mortua ex causa partus, quando ante febrem fuisset malè disposita, & propter ventrem passa fuisset multa incommoda de quibus deponerent obstetrices. Boccac. num. 35. Rota in dicta Romana prætensæ societ. 16. Nouembris 1612. & 8. Martij 1613. coram R. P. D. Caualerio, in quibus decis. fuit dictum non obstare in contrarium quod febris potuerit causare abortum; & ideo post abortum secutum attribuen. esse febri tanquam primæ causæ ex illa vulg. reg. quod quicquid est causa causæ, est causa causati, fuit enim responsum in dd. decisionibus in illo casu causam febris, & morbillorũ esse æquiuocam; & potuisse gignere & non potuisse effectum abortus, vt experientia docet; & cum ex depositionibus testium appareret illam mulierem, antequam superueniret ei febris, passam fuisse dolores renum cum periculo abortus, non potest dici abortum fuisse secutum ex febri, & hoc præsertim procedere dictum fuit cum in illo casu adessent duo morbi scilicet febris, cũ morbillis, & abortus cum accidentibus de quibus supra, vnde qui dicit mulierem isto casu mortuam esse ex febri, id probare tenetur, vt latius in dicta Rom. societ. 16. Nouembris 1612. coram R. P. D. Caualerio; vbi
428 etiam vis fiebat in iudicio † medicorum, qui illam

cura-

curarunt; & formiter examinati deponebãt eam obijsse ex abortu, quorum dictis, vt dixi etiam supra in hoc est standum, & quod duo Medici formiter examinati, qui mulierem curarunt illam probent decessisse ex causa partus, fuit decisum in vna Romana societat. offic. seu partus 9. Martij 1598. coram Litta, vbi præsertim dictum fuit prædicta procedere quando ex fide aliorum Medicorum illorum depositio, coadiuuatur; & inter puerperium & mortem solum septem dies interuenerunt; & hoc procedere etiam si ex aduerso inducerentur alij Medici ad probandum contrarium, quia videtur potius standum iudicio illorum, qui infirmitati, & curæ interfuerunt, & si aliquod adesset
429 † dubium propter cõcursum Medicorum, & testium variè deponentium, & propter difficultatem illius probationis, ex quo morbo mulier decesserit. Rota benigniorem interpretationem solet amplecti, scilicet ad fauorem illius, qui agit ad repetitionem pecuniæ contra illum, qui tractat de lucro captando, vt in dicta Romana prætensæ societ. off. 16. Nouembris 1612. & 8. Martij 1613. coram R. P. D. Caualerio, & pluries fuisse resolutum dicit Tiber. in prax. lib. primo cap. 18. num. 4. quod licet in actu partus mulier non decedat, & licet etiam ex prægnantia conualescat tamen si superuenerit aliqua febris, causata ex dicta prægnantia si de hoc constat, ex fide Medicorum pecuniæ non amittuntur. Prædicta autem, declarationem recipiunt secundum Castrac. cap. 18. n. 22. & seq. quod scilicet
430 non procedant; † quando abortus, & mors secuta esset culpa mulieris, vel ipsius mariti, dummodo ordinata ad casum; tunc enim dicit ipse pecuniæ essent lucratæ stante periculo vitæ de quo hic.

11 Datur autem post prædicta in hac formula facultas transferendi vitæ periculum in vnam, seu plures personas ac toties quoties videbitur & placuerit, cum

inti-

331 intimatione is dierum præcedentium de cuius † pacti validitate non est dubitandum, ex trad. per Boccac. num. 40. Felic. de societ. cap. 35. num. 47. vers. quartum fundamentum prædictum. circa quam translationem de pluribus sæpè dubitatur, & primo non raro contingit, vt supra dixi, quod ista societas celebratur absente pecuniarum domino, & reseruatur facultas
432 † transferendi. Domino pecuniarum & contrahenti nomine ipsius, & oritur controuersia, an translatio facta à reseruatario tantùm isto casu sit valida, & ratio dubitandi est, quia facultas transferendi isto casu videtur competere coniunctim, & non insolidum quia reseruata fuit Domino pecuniarum, & contrahenti nomine ipsius, quo casu propter naturam copulæ, &, videtur reseruata coniunctim, & sic translationem factam à reseruatario tantum, non prodesse, & non nocere. Sed contrarium decisum fuit in vna Romana societ. off. 20. Nouembris 1608. coram Illustrissimo Domino Cardinali Lancellotto, vbi fuit dictum, quod illo casu copula non importet coniunctiuam, sed disiunctiuam, & alternatiuam, & sic stet pro vel; tum quia sicut respectu pecuniarum Domini non erat dubium, quod facultas transferendi esset reseruata insolidum, ita dicendum est respectu reseruatarij, quia vna determinatio respiciens plura determinabilia illa pariformiter determinat, tum quia quãdo copula ponitur inter personas regulariter non requiritur concursus vtriusque; tum etiam quia quando plura copulantur circa vnum effectum, in quo omnia non sunt necessaria, de iure copula resoluitur in disiunctiuam, tùm denique, quia concurrere dictum fuit in dicta Romana societ. offic. 20. Nouembr. 1608. coram Illustrissimo Lancellotto, verisimilem mentem contrahentium, quo casu vt dicitur ibi copulatiua resoluitur in disiunctiuam, de qua verisimili mente reser-

reseruatarij, seu ipsius contrahentis constare dicitur ex eo quod societas fuit contracta absente domino pecuniarum ab ipso solo reseruatario, qui poterat quæcunque pacta sibi bene visa apponere: cum esset pater, & administrator, & omnes alias facultates sibi reseruauerat, necnon ex obseruantia subsecuta, quia ipse solus transtulit periculum vitæ, quod præsertim attenta qualitate personæ non fecisset, nisi sciuisset quod talis facultas, insolidum competeret, vel saltem id opinatus esset, cuius opinio valde attendenda esset ad istum effectum, vt latius dicitur in dicta Romana societ. 20. Nouembris 1608. coram Cardinali Lancellotto, vbi eo libentius id decisum fuit ad euitandam contrarietatem inter instrumentum extensum, & matricem, quia in matrice erat data facultas in solidum, & in instrumento erat reseruata duobus.

Reseruatario igitur, vt vides licet vigore facultatis sibi reseruatæ hanc translationem facere, & multo magis principali ipsi, scilicet illi qui dedit pecunias,
433 etiam si + esset infirmus dummodo superuiuat post translationem per quindecim dies iuxta pactum, quod passim fieri, & validissimum esse probat contrarijs respondendo. Felic. de societ. cap. 35. nu. 37. vers. mutatio personæ. & num. 47. vers. quarto fundamentum prædictum. & num. 52. vbi num. 56. dicit
434 quod dd. + quindecim dies quando translatio fuit facta à persona non habente mandatum, incipiunt currere à die ratificationis translationis, quādo transferens nullum habebat mandatum, nec generale, neque speciale: & ante idem Felic. dicto cap. 35. n. 21.
435 & 39. & 52. inf. & seq. disputat, an + ad illam faciendam requiratur speciale mandatum, & concludit, quod sufficiat, generale, ibi num. 52. inf. & seq. & ante num. 21. non posse opponi de defectu mandati transferentis, quando translatio fuisset facta in iudicio

cio aduersario non contradicente, quia ex non facta contradictione inducitur consensus, vel stante ratificatione dicit latius Felic. dict. cap. 35. num. 54. sicut
436 è contra intimatio † translationis, de qua hic in formula fieri potest, vel officiali, vel vni ex obligatis, vt post alios Marches. de commiss. appellat. à Cameral. obligat. par. 1. §. 2. sub num. 9. in vltima editione. Quod declara si adsit pactum appositum de consensu officialis secus aliàs, vt per Marches. sub dicto nu. 9 & stante pacto difficultatem non habet, vt dixit Rota in Romana societ. offic. 9. Martij 1598. coram Peregrino.

437 Isti autem quindecim dies, qui præcedere debent translationem non debent esse artificiales duodecim horarum, sed naturales vigintiquatuor incipientes à media nocte, vt probat Felic. dict. cap. 35. num. 23.
438 vbi ante num. 20. dixit quod † hæc translatio fieri possit durante semestri soluto, scilicet illo pro quo fuerunt soluti fructus, & hoc procedit etiam quod in instrumento esset conuentum, quod debeat præcedere intimatio quindecim dierum, & elapso semestri trãsferri periculum vitæ, quia nihilominus tunc fieri potest translatio durante semestri soluto, vt effectum habeat elapso semestri statim, quia aliàs contra pactum expressum duraret periculum super vita primi per quindecim dies elapso semestri soluto, vt fuit decisum in Romana societ. 16. Februarij 1596. coram Iusto, vbi fuit dictum hoc procedere non obstantibus illis verbis elapso quolibet semestri, quibus stantibus exaduerso prætendebatur non posse fieri translationem ante elapsum semestre, quia fuit responsum in dicta Romana societ. 16. Februarij 1596. coram Iusto quod imò dicta verba dant normam effectui translationis, vt non fiat intempestiuè, & ità procedere contraria, quod præsertim procedere dictum fuit quando

expri-

exprimitur quod fieri possit prout disdicta, quia illa dictio, prout stat similitudinariè, & sicut in disdicta fieri potest intimario durante semestri, quia non reuocat societatem determinatam ad sex menses, pro quibus sunt soluti fructus, sed reuocat beneplacitum post sex menses solutos, quod fieri posse etiam durante societate supra probaui, & dicit latius Rota in dict. Romana societatis coram Iusto, vbi fuit etiam dictum non esse verum, quod verba prout disdicta, referri debeant ad modum exequendi, non ad tempus, quia cum relatio sit generalis, nulla ratio suadet, quod dd. verba restringantur, sed generaliter sunt intelligenda. Verum Rota in illa Romana societ. offic. 9. Martij 1598. coram Peregrino contrarium præsupponit, 439 dum firmat quod facultas † transferendi periculum vitæ, ante solutionem fructuum, vel alterius semestris nõ dicitur adépta nec amissa ex receptione cædulæ traditæ qua posset exigere fructus sibi debitos etiã quod in eadem cædula ordinem subscripsisset, quo mandabat fructus solui alicui alteri, quia illa traditio, & acceptatio non habet vim solutionis, sed mandati ad exigendum, vt latius deciditur in dict. Romana societ. officij 9. Martij 1598. coram Peregrino; & prædicta ampliat ibi Rota procedere, licet creditor videatur in dolo, ob dilatam exactionem, vt exaduerso dicitur, cum ex pacto inito hoc facere licuerit, & nemini facit iniuriam, qui iure suo vtitur. Poterat enim debitor reali solutione illi præcludere viam transferendi vitæ periculum, vt in dicta Romana societ. off. coram Peregrino. Ex quibus patet has decisiones esse de directo contrarias, dum vna vult, quod translatio fieri possit durante semestri soluto, & sic receptis fructibus alia vero nondum firmat quod debitor soluendo fructus realiter potest præcludere viam creditori transferendi vitæ periculum, sed forsan hoc euenit propter

H varie-

varietatem quam recipit ista formula, & præsertim circa hanc facultatem transferendi.

Vltra autem prædictas difficultates orientes circa hanc translationem hodie oritur alia, & est talis Sanctissimus Dominus Noster Paulus Papa Quintus in sua Constitutione, quam edidit super Reformatione Tribun. Vrbis, sub titul. de Notarijs Tribunal. Vrbis pag. 32. mandat quod Notarij teneantur disdictam societ. offic. in Manuali registrare, & in margine instrumenti societ. annotare his verbis: Tali die disdicta, & die tali reproducta, & talis disdictæ reproductionem fieri in actis alterius Notarij de societ.non rogati prohibet, & facta suffragari noluit nisi quando contractus societ. extra Vrbem est rogatus, vel etiam in Vrbe, quando est rogatus Notarius qui non sit actuarius alicuius tribunalis, quibus casibus disdicta registretur in manuali, vt supra, sub pœnis Notario ibi expressis. Idemq; seruari debere subiungit d. Constitutio in nominatione, necnon in translatione periculi vitæ, quæ non suffragentur, nec quicquàm prosint, nisi parti, infra tempus, ad nominandũ, vel transferendum intimatæ, & per notarium vt supra fuerint annotatæ.

440 Dubium igitur est tale, ✝ reperitur sæpè hodie facta translatio periculi vitæ, sed nõ est annotata in margine instrumenti, vt mandat d. Constitutio, & dubitatur an talis translatio suffragetur transferenti, & ratio dubitanda est, quia onus curanda, vt adnotatio fieret videtur spectare ad transferentem, ac propterea absurdum non esse, quod in ipsius præiudicium habeatur translatio per perfecta, secus verò ad illius commodũ, sed contrarium fuit decisum, quod d. translatio habeatur pro non facta quando non reperitur annotata vt supra, & ideo societatem non esse lucratam per mortem illius, in cuius personam prætenditur facta translatio,

latio, non annotata d. enim cõstitutio dat non solum formam, sed etiam vlterius procedit, annullando trãslationem aliter factam, dum expresse disponit, quodcunque non prosit, vt latius in vna Romana societat. offic. 9. Decembris 1616. coram R. P. D. Ramboldo, in qua decisione fuit reiecta interpretatio, quæ dabatur verbo cuiquàm de qua in d. Constitutione quod scilicet referendum sit ad solum transferentem, quasi d. Constitutione caueatur, quod translatio aliter facta cuiquam transferenti non prosit, quia d. interpretatio in d. decisione visa fuit satis mendicata, & quod verus & germanus sensus dictorũ verborũ sit quod cuiquàm ex contrahentibus non prosit, & si aliàs diceretur cõtractus claudicaret, & tamen inter contrahentes seruari debet æqualitas, vt dicitur in dicta Romana soc. off. coram R. P. D. Ramboldo, vbi fuit dictum non esse verum quod onus curãdi vt annotatio fiat, spectet ad transferentem, nam præterquam quod cum in d. Constitutione onus faciendi dictam translationem, imponatur Notario illius omissio potius imputanda est illi qui tractat de lucro captando. Ponderabant etiam Domini, quòd quatenus aliqua culpa in transferente considerari posset remanet punita, eo quod translatio per ipsum facta ei nõ suffragatur, & societas remanet super periculo primæ personæ ab ipso nominatæ, cum præsertim nulla ratio, & iustitia suadeat, quod societas subsit periculo mortis personæ tam primo loco, quàm etiam in translatione nominatæ, atque consequenter vtriusque, quod necessariò dicendum foret, si translatio esset in commodum transferentis nulla, & in ipsius præiudicium perfecta, vt respondet Rota in dicta Romana societ. coram R. P. D. Ramboldo, & fuit ampliatum procedere etiam si postea alia facta esset trãslatio, quia nihilominus non censetur conualidata dicta prima translatio, quæ fuit ab initio nulla iuxta

diſpoſitionem dictæ Conſtitutionis.

Conueniunt inſuper contrahentes iuxta hanc formulam, quod moriente officiali quandocunque; vel morte quacunque ſui hæredes, & ſucceſſores, & fideiuſſores, teneantur ad reſtitutionem ſortis principalis, & ſolutionem fructuum decurſorum, & non ſoluto-
441 rum. dixi ſupra quod † per mortem officialis ſoluitur ſocietas. Mantic. de tac. & ambig. conu. lib. 6. tit. 2. num. 18. & tit. 24. num. 35. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 276. num. 65. cum alijs ſuprà allegatis, & ideo nil mirum, ſi partes conueniunt, quod mortuo officiali ſors principalis veniat reſtituenda, quamuis enim ſecundum rectum tramitem, moriente officiali, & officium amittente prout amittit per eius mortem, alter ſocius deberet amittere pecunias implicatas, vt ſupra dixi, nihilominus ptopter maiorem commoditatem contrahentium, adinuentum eſt quod moriente officiali officium amittat, & totum pereat periculo ſuo, moriente vero altero ſocio ſcilicet dante pecunias, vel perſona ab illo nominata amittar pecunias, quas dedit, & ſic periculum cum periculo compenſatur ex ſupra allegatis, quibus addatur Lud. Carb. in tract. de reſtit. quæſt. 54. col. 8. verſ. primo inter officialem. Aug. Montalcin. in ſummario cap. 19. §. 8. num. 9. Rota in Rom. ſociet. off. 14. Ianuar. 1613. coram Reu. P. D. Pamphilio.

Promittit præterea officialis dare vel facere accedere fideiuſſores, quæ promiſsio materiam dedit du-
442 bitandi, an † ſi dati non fuerint iuxta promiſſionem de qua hic, eueniente morte dantis pecunias, illæ ſint lucraræ, & partem negatiuam firmat Seraphin. deciſ. 673. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 137. nu. 8. & cap. 143. ſub num. 48. verſ. ideo etiam dicimus, & num. ſequ. & cap. 301. num. 8. & ſeqq. & cap. 302. num. 28. Marcheſ. de commiſſ. appell. à camer. oblig. par. 1. lib. 2. num. 15. & 16.

& 16.fuit decisum in Rom. societ.2.Iunij 1608.coram Illustrissimo Lancillotto.

443 Idemque dicendum erit † si duos fideiussores officialis promisit, & vnum tantum dedit. Boccac. n.143. & ita decisum fuisse dicit Marches.vbi mox n.20.& 21.

444 & hoc † procedere etiam in casu in quo fuisset præmissum dare alium fideiussorem æquè idoneum in locum mortui, vel absentis, & postea infra tempus conuentum non fuisset datus, vel non esset æquè idoneus, & ad contentamentum prout promissum erat: nam neque hoc casu locus erit pecuniarum lucro, vt fuit latè decisum in vna Romana pecuniaria 2. Decembris 1596. coram Penia, & si fundamentum prædictorum

445 quæris est, quia † non est ferendum, vt quis ex eo contractu, quē non impleuit commodum consequatur.Seraph.decis.209. num.4.& decis.673.Marches.de commiss.appell.à Cam. oblig.part.1.§.2. num. 16. in vltima edition. Gratian.discept.forens.d.cap.301.n.8. d. Rom. societ. off. 2. Iunij 1608. coram Illustrissimo

446 Lancellotto. Neque † ad hunc effectum requiritur mora debitoris in non dando fideiussores, quia illa requiritur quando ageretur de incurrenda pœna, & non ad consequendum lucrum. Boccac. sub d.nu.143. Rota diuers.decis.134.par.1.quæ est eadem cum decis. Seraph. 209. inter eius impressas. Gratian. discept. fo-

447 rens.d. cap.301.n.11.& 35. sicut † etiam nec isto casu admittitur purgatio moræ præstādo interesse, quia hoc procedit solum ad conseruandam actionem, vt si ageretur de continuanda societate, & opponeretur de non implemento, tunc locus esset purgationi moræ præstando interesse, sed quando agitur de purgatione moræ ad quærendam actionem, & ad effectum, vt pecuniæ sint superlucratæ, tunc quia res non est amplius integra, non est locus purgationi moræ per præstationi interesse.Marches.de commiss. appell. à Cam.

 oblig.

oblig. par. 1. §. 2. nu. 17. in vltima editione. Gratian. disc ept. forens. cap. 301. num. 32. & seqq. Rota in d. Rom. societ. off. 2. Iunij 1608. coram Illustris. Card. Lancellotto, & prædicta omnia sine dubio procedunt, si in instrumento, vt fieri solet in casum quod non darentur fideiussores adesset pactū † resolutiuum, quod statim operatur facta declaratione per creditorem Rota diuers. decis. 134. par. 1. quæ est eadem cum decis. Seraphin. 209. neque in hoc debet censeri † repetita dilatio 15. dierum apposita disdictæ, quæ expresse erat facienda, cum sit diuersa ratio, disdicta enim est merè voluntaria ex parte creditoris, ideo consentaneum est, vt detur aliqua honesta dilatio debitori ad pecunias parandas, sed disdicta hæc quæ fit vigore pacti resolutiui, non pendet à voluntate creditoris, sed à negligentia debitoris negligentis id, ad quod tenebatur perficere; quare & statim resoluitur contractus creditore volente; nec expectandi sunt 15. dies non vi re conuentionis, quando hoc actum non fuit, nec ex natura contractus, cum pactum resolutiuum statim operetur, & ita respondet Rota ad decis. Put. 68. lib. 3. in dicta decis. 134. par. 1. diuers. Istud autem, quod dixi de pacto resolutiuo, quod statim operetur in hoc casu intellige facta declaratione per creditorem, vt innui, secus si non declarauit, vt latissimè tuetur Castrac. cap. 69. à num. 10. quod eo magis procedere dicit si non solum non declarasset contractum fuisse resolutum; sed fructus recepisset alterius semestris, de quo dicam inferius, & cap. 70. seq. plures distinguit casus quando ex fideiussoribus promissis non accessit nisi vnus, an societas censeatur contracta. Neque prædicta remouentur ex eo, quod dici solet, † quod terminus dandi fideiussores incipiat à die, quo adueniet obligatio soluendi fructus: nam contrarium est verum in istis terminis non obstantibus similibus contrarijs,

448

449

450

quibus optimis fundamentis, respondet Rota in dicta Romana societ.2. Iulij 1606. coram Illustrissimo Lancillotto. Latissimè Gratian. discept. forens. cap.301. à num.26. & seqq. & præsertim num.31. Etenim licet sit verum, quod obligatio dandi fideiussores sit pro fructibus soluendis, non tam ex eo quod fructus primum semestri soluti essent in ista societate sequitur quod durante primo semestri non deberent dari fideiussores: nam illa promissio de dando fideiussores, puta infra duos menses debet intelligi vt fiat in primo semestri, non autem in secundo post primum finitum; quia dans pecunias voluit sibi cauere in futurum, vt adueniente secundo semestri esset tutus, neque alias fuisset contracturus, vt latius dicit Rota in dicta Romana societ. coram Illustrissimo Lancillotto, & latissime Gratian. d. cap.301. num. 17. 18. & seq. & num.31. & seq. si-
451 cut in contrarium † non iuuat pactum, quod in casum non præstationis fideiuss. teneatur quis ad damna, & interesse: quia hoc procedit durante societate, & nõ excipiente de non adimplent. socij illo qui dedit pecunias, & ad effectum ne dubitaretur, quod in casum non adimplementi, fructus non deberentur, durante societate, vt respondet Rota in dicta Romana societ. coram Illustris. Lancillotto, Marches. de commiss. appell. à camer. oblig. par. prima §.2. sub nu.16. Gratian. discept. forens. cap.301. nu.32. & seq. prout
452 etiam nec aliud † pactum quod etiam non dato fideiussore duret societas facit in contrarium, nam intelligitur & procedit solum ad fauorem obseruantis & non suffragatur ei, qui non impleret ex parte sua, Rota in dicta Rom. societ. off.2. Iunij 1608. coram Il-
453 lustrissimo Lancellotto, sed à quo † tempore incipiat societas dubitatur, an à die in qua fuit contracta, vel à die, quo accedunt isti fideiussores promissi, & effectus huius dubij est magnus, quia incipiendo primo

vel secundo casu posset disdicta dici facta in tempore, vel non & sic esse, & non esse locum lucrum pecuniarum, & Rota super hoc interrogata in Romana societ. 2. Aprilis 1601. coram Iusto respondit, societatem non esse lucratam, nam † contractus societatis
454 perfectus est statim secuto consensu vtriusque socij, immo illa solo consensu perficitur, Castrac. de societ.off. cap.8. num.24. Rota in Roman. societ.14. Nouembris 1583. coram Blanchetto; & in Rom. societ.9. Maij 1588. coram Gypsio, quod præsertim præcedere dicit Rot. in d. Rom. societ. coram Iusto; quando ex parte dantis pecunias nil aliud erat adimplendum, cum dedisset mandatum directum mercatori, quod habet vim solutionis, imò etiam non facta solutione societ. sumpsisset initium à primæuo consensu, licet confessio de recepto esset sub spe effectualis numerationis; quia illud, quod restat adimplendum non remouet vel suspendit consensum in hoc contractu, qui saltem respectu dãtis pecunias non requirit rem præsentem, & pecuniam solutioni paratam, ita vt non posset officialis non adimplendo ab hoc contractu recedere, sunt verba Rotæ in dicta Romana societ. coram Iusto. vbi subiungit, quod officialis faciendo postea accedere fideiussores, & recipiendo pecunias adimpleuit contractum, qui habebat vires ab initio, immo poterat de consensu dantis pecunias, vt ibi dicitur
455 omitti datio fideiussorum: nam † fideiussio nõ est de substantia, vel natura contractus societatis. Gratian.
456 discep foren. cap.302. nu.14. & seq. imò ista † obligatio de dando fideiussores intelligitur si pars petierit. Gratian. d. cap.302. nu.28. & num.40. Rota diuers. dec. 113. num. 6. par. 1. Nec obstare huic resolutioni, persequitur Rota in dicta Rom. societ. coram Iusto. decisiones Seraph. 209. & 673. quoniam ibi resoluitur officialem qui non dedit fideiussores promissos, non

posse

posse pretendere lucrum pecuniarum, quia non impleuit pro parte sua, & ita quo ad se suspendit effectum contractæ societatis, qua suspensione sublata per implementum remanet contractus à principio pro vtraque parte, quia ab initio fuit præstitus consensus, vt latius Rota in mox alleg. Rom. societ.

457 Verum Castrac. cap. 70. disputando an in casu in quo officialis promisit duos fideiussores, & vnum tantum dedit censeatur contracta societas, distinguit quando adest, vel non adest pactum resolutiuum in casum contrauentionis: primo enim, scilicet stante dicto pacto resolutiuo, societas non esset contracta, vel saltem si esset contracta, vt ego credo, statim facta declaratione per creditorem esset dissoluta, vt probat Castrac. d. cap. 70. à numer. 6. Secundo verò casu deficiente dicto pacto societas esset contracta, sed creditor agere posset semper vt fideiussores præstentur, quia percipiendo fructus videtur voluisse societatem coire, & approbasse contractum, & à resolutione illius recessisse, vt latius ibi per eum à num. 8. vbi in fin. dicit quod etiã si creditor fructus recepisset posset agere, vt debitor præstaret fideiussores, alias potest ante tempus à societate recedere cum conditio sub qua coita est, impleta non fuerit, sed fructus pro rata temporis restituere debet, vt prosequitur num. 6. & seqq. Maius autem dubium facit Castrac. ibi numer. 10. si clausula

458 † resolutiua non esset apposita in promissione dandi fideiussores, sed in promissione renouandi in casum absentiæ, vel mortis, vnde tunc talis clausula referri debeat ad dandos fideiussores, & dicit Rotam tenuisse affirmatiuam sententiam, ex verisimili mente contrahentium in vna Romana scutorum 200. 12. Mart. & 12. Iunij 1566. coram Oradino. Subiungens quod si diceretur contractam non esse societatem, vel resolutam, conuentio illicita esset, si dans pecunias fructus,

saluo

ſaluo capitale, lucraretur, & ideò, reſoluto contractu
tenetur ad illorum reſtitutione, vel ſolùm fructus lu-
cratur pro rata temporis, quo ſocietas durauit, & ità
ſenſit Rota 9. Maij 1567. in vna Romana ſcutorum
200. coram Oradino. Sed non ſum oblitus illius
concluſionis † firmatæ hic per Rotam, ſcilicet quod
datio fideiuſſorum poteſt remitti tacito vel expreſ-
ſo conſenſu dantis pecunias, & ob id ſilentio non
eſt prætereundum, an iſte conſenſus eliciatur, ex rece
ptione fructuum ſecundi ſemeſtris. Aliqui tenent affir-
matiuè declarando id, quod ſupra dixi, pecunias ſcili-
cet in ſocietatem datas non poſſe lucrari illum,
qui non dedit fideiuſſores promiſſos, vt non procedat
459 quando recepit fructus ſecundi ſemeſtris tunc † enim
per talem receptionem videtur onus dandi fideiuſſo-
res remiſiſſe Caſtrac. de ſociet. off. cap. 69. num. 11. &
poſt Seraph. in voto in vna Rom. ſocietat. de quo per
Tiber. pag. 48. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 301. nu. 36.
& pluribus ſeqq. & 302. num. 14. & ſeqq. vbi ampliat
ſufficere non ſolum perceptionem, ſed etiam petitio-
nem fructuum quod apud me non trāſit ſine difficul-
tate, per ea quæ deducit Rota in dicta Rom. ſociet. off.
9. Martij 1598. coram Peregrino, vbi decidit, quod
per acceptationem cedulæ, in qua debitor mandabat
mercatori, vt ſolueret creditori tot pecunias pro fru-
ctibus non erat creditor excluſus à facultate nominan
di, etiam quod in eadem cedula ordinem ſubſcripſiſ-
ſet, vt alteri pro eo ſolueretur, quia per hoc non dici-
tur facta ſolutio realis, vt requiritur. Per receptionem
autem realem fructuum difficultatem non videtur ha-
bere, quod cenſeatur remiſſa in obſeruantia, adeo vt
procedat etiam per receptionem partis fructuum, vt
460 probat Gratian. d. cap. 302. num. 17. & in † hoc non
ſuffragari dicit aliquam ignorantiam non dationis fi-
deiuſſorum, vt ibi per eum cap. 301. n. 63. vbi num. 64.

hoc fortius procedere dicit si ageret ad fructus, quicquid aliud sit, quando verisimiliter ignoraretur non fuisse adimpletum quod erat adimplendi, vt per Gratian. d. cap. 302. num. 22. sed quod etiam præsupposita ignorantia illa non suffragetur, quia tenebatur ad perquirendum, & inuestigandum, an esset impletum illud, quod ad eius vtilitatem erat appositum, probat Castrac. cap. 69. sub num. 13. vbi dicit hoc maxime procedere si etiam officialis ignorauit prout præsumitur mortem, vel absentiam fideiuss. tunc enim ignorantia illi suffragatur, quia tractat de damno euitando, scilicet de amittendo ius etiam quod sit lucro-
461 sum. Non † excusaretur autem recipiens fructus dicẽdo quod recipit pro damnis & interesse ob pactum non obseruatum, quia hoc non intrat, quando expresse fuit dictum, quod recipit pro fructibus, & in omnem euentum requireretur ista probatio damnorum, & interesse. Gratian. d. cap. 302. num. 6 & seq. vbi num. 12. dicit quod per receptionem fructuum non intelligitur sub præiudicare, nisi pro illo tempore pro quo recepit fructus, secus in futurum, & ante cap. 301. num. 23. Boccac. sub num. 145. & creditorem sibi non præiudicare per talem receptionem, quando protestatus fuit id facere saluo iure suo. probat idem Gratian. dict. cap. 302. num. 17. Sed contra prædicta, quod per receptionem fructuum secundi semestris videatur remissum onus danda fideiussores. tenet Boccac. latè sub num. 145. fundans se in iuramento cum contineat clausulam, rato manente pacto, verum quod etiam stante iuramento procedat conclusio supra firmata, est verior opinio de qua testatur Gratian. d. cap. 302. num. 24.

Præsupposito verò quod isti fideiussores dati fuerint prout promissum fuit circa illos plura oriuntur dubia
462 non irreleuantia quorum primum est. An isti † fide-

forens.

iussores qui accedunt huic societati ad sex menses, & deinde ad beneplacitum possint conueniri ad restitutionem sortis, si eadem societ. infra sex menses fuerit disdicta, & fuit decisum, quod sic apud Put. decis. 58. lib. 3. ex eo quia volunt teneri vt principales, & ad omnia ad quæ principalis, & sic ad restitutionem sortis finita societ. Boccac. de societ. off. num. 12. Grat. discep. forens. cap. 276. num. 36. sed quid si disdicatur societ. post sex menses, an tunc teneantur fideiussores ad restitutionem sortis. Boccac. nu. 11. tenet quod contra ipsos non possit agi nisi pro fructibus decursis. contrarium vero tenet Castrac. cap. 52. nu. 20. motus ex eo, quod officialis sortem habitam finita societate restituere promisit, suæ promissioni accedunt fideiussores, ac si vti principales principaliter, & insolidum ad præmissa obligant, quo casu donec sors principalis restituta non fuerit non sunt liberati, etiam si per officialem, & dantem pecunias societas fuisset prorogata. & Castrac. bene loquit in societ. offic. quia prima obligatio ex pacto durat etiam post sex menses ad beneplacitum, & in hoc etiam fideiussores consentiunt. dicit Felic. de societ. off. cap. 41. sub num. 34. Sed hæc dicta à Castrac. hic declarationem recipiunt, vt procedant quando societas fuisset simpliciter prorogata, vigore illius clausulæ deinde ad beneplacitum, secus si societas esset extincta, & ageretur de obligatione prouenientę ex societate renouata, tunc enim procedere posset quod dicit Castrac. de restitutione capitalis, quia facta renouatione capitale restitutum censetur, & rediisse ad socium, qui illud posuit, & deinde ab eo iterum positum fuisse in societate. Felic. de societ. d. cap. 41. sub num. 34. & 35 cuius opinio tanquam vera amplectenda videtur, sed ✝ cautela est ad hoc vt isti fi-
463 deiussores primæ societatis, nō censeantur liberati per secundam renouatam, quod quis protestetur nolle li-

berare

berare obligatos in prima, donec de secunda integraliter sibi fuerit satisfactum, quod fieri posse. dicit Rota in Romana anterioritatis 23. Iunij 1603. coram Card. Pamphilio, & hanc esse praxim Rom. Curiæ dicit Marescot. var. resol. lib. 2. c. 56. nu. 22. vbi nu. 23. ampliat procedere etiam quod secunda societas fuisset facta super diuerso officio, & protestatio facta sit absentibus obligatis in prima cum hoc pendeat à voluntate reseruantis, nec in aliquo lædũtur obligati in prima, quia præseruatio non tribuit ius de nouo, sed tantum conseruat antiquum, vt latius probat Maresc. d. c. 56. nu. 23. Rota in d. Romana anterioritatis.

464 Consueuerunt isti † fideiussores coacti soluere pecunias in societatem datas, illas capere ad societatem, & prætendunt postea repetere fructus secundæ societatis à principali debitore primæ. quæritur an ipse principalis debitor teneatur ad illorum restitutionem. Dic quod non ad tradita per Marchesi. de Commiss. appell. à Cam. oblig. par. 1. § 2. nu. 14. in vltima editione. Rota in Romana subhastationis bonorũ 7. Iulij 1597. coram Illustriss. Lancellotto, & in Romana de Perottis 3. Decembris 1601. coram Illustriss. Millino, quod intelligo procedere si fideiussor in secunda societate nõ declarauit omne commodum, & incõmodum illius societatis spectare ad principalem debitorem primæ secus autem est dicendũ facta huiusmodi declaratione. Rota diuers. decis. 231. par. 2. fuit dictum in d. Romana subhastationis, & in alia Romana subhastationis 2. Iunij 1614. coram R. P. D. Vbaldo, quod præsertim procedere credo stante obligatione Camerali, quæ cõtinet præmissionem præomnibus contentis in instrumento, & sic pro dãnis & interesse, quæ probantur per instrumenta aliarum societatum. Seraph. decis. 935. num. 4.

465 Ista † autem declaratio est omnino necessaria ad hoc vt ipse principalis debitor prout non posset fraudari

lucri

lucri, quod posset peruenire ex secunda. Rota diuers. decis. 231. par. 2. Romana societ. off. 9. Iunij 1593. corã Card. Blanchetto, sed deficiente ista declaratione non sufficeret constare quòd pecuniæ secundæ societatis cesserint in extensionem primæ, nam ex hoc non dicitur satisfactum principali debitori, quia poterat iste fideiussor, qui societatem secundam contraxit allegare se satisfecisse de proprijs pecunijs animo recuperandi à principali debitori, non vt ipsum ad nouam societatem obligaret d. Romana soc. off. 9. Iunij 1595. coram Card. Blanchetto, & hac eadem ratione non solum facienda est ista declaratio, sed fieri debet in actu celebrationis instrumenti secundæ societatis, nec sufficit fieri ante, vel post vt fuit decisum in d. Romana de Perottis vbi fuit etiam dictum non sufficere hanc protestationem, quando esset vaga, & incerta, vt si cõtineret qualiter volebat accipere pecunias ad societatem ab N. & alijs quibusuis personis nõ exprimendo per acta cuius Notarij cum non possit isto casu principalis debitor scire sub cuius vitæ periculo pecuniæ starent, vt posset illas lucrari in casu mortis, vt dicitur in dicta Romana de Perottis.

466 Dubitatur † autem, an requiratur notificatio huius declarationis, nam quod non requiratur. tenet Rota d. decis. 231. nu. 2. par. 2. diuers. quia vt ibi dicitur, ex illa non infertur nouum grauamen, & illam sequuta est eadem Rota in Romana subhastationis 2. Iunij 1614. coram R. P. D. Vbaldo. In contrariam partem videtur inclinare Rota in d. Romana de Perottis 3. Decembr. 1601. coram Illustriss. Millino dum respondendo d. decis. 231. dicit quod ibi declaratio fuerat facta in ipso contractu societatis, & fuerat factus locus lucro pecuniarum, & in isto casu protestatio tenet in præiudiciũ protestantis licet nõ noceat ei contra quem fuit facta, cõcludit ergo ista decisio quod ista protestatio ad hoc

vt

vt noceat debeat intimari,& credo quod ista sit verior opinio, quando contraheretur noua societas cuius nō potest aliter habere notitiam ipse principalis debitor, & sic facile posset fraudari lucro, quod inde posset peruenire,& isto casu verum non erit, quod per secundam societatem nō inferatur nouum grauamen: nam cum prima est finita, fructus amplius non debentur vt supra dixi,& sic grauatur iste debitor ad solutionem fructuū secundæ societatis. Nisi diceremus quod grauamen non posset considerari quando in prima societate in recognitione bonæ fidei, debitor promisit indēnes releuare fideiussores, & voluit teneri ad omnia damna,& interesse, quæ cum probentur vt supra dixi per instrumenta aliorum societatum absque dubio nō grauatur iste debitor per hanc declarationem.

467 Non transit † autem sine difficultate id quod supra innui, quod facta huiusmodi declaratione per fideiussorem in secunda societate pecuniæ tunc dicantur lucratæ ad fauorem ipsius principalis debitoris quamuis enim Rota d. decis.231. absolutè teneat esse lucratam ad fauorem principalis debitoris ad quem etiam omne commodum, & incommodum spectabat, & post Rotam in alijs causis dicit Castr. cap.74. sub nu. 1. vers. Rota tamen vsque ad finem cap. Boccac. sub nu. 146. & tenuit Rota in Romana de Perottis 3. Decemb. 1601. coram Illustris. Millino,& in Romana Pecuniaria 23. Iunij 1608. coram R. P. D. Caualerio Tamen ab ista decisione fuit recessum in eadem causa 6. Nouembris 1609. coram eodem R.P. D. Caualerio, in qua fuit decisum quod pecuniæ erant acquisitæ socijs contrahentibus, quibus fuerunt traditæ, & numeratæ, & qui proprio nomine societates contraxerunt,& non principali debitori qui non interuenit, nec per aliam per-
468 sonam societatem contraxit, & consequenter † potest isto casu fideiussor qui societatem contraxit soluen-

uendo de illis pecunijs reportare cessionem iurium à creditore primæ societatis contra principalem debitorem, & cōfideiussorem primæ, vt fuit etiam dictum in Romana subhastationis 9. Iunij 1597. coram Illustriss. Lancellotto quæ loquitur in terminis societatis factæ per extinctionem primæ cum declaratione quod omne commodum, & incommodum secundæ societ. spectaret ad principalem debitorem, & ad effectum vt pecuniæ secundæ societatis efficiantur principalis debitoris primæ non sufficit dicta declaratio, sed tantum operatur, quod fideiussor primæ contrahens secundā pro illius extinctione possit se retrotrahere pro damnis contra debitorem primæ. Rota in dict. Romana subhast. & in d. Romana pecuniaria 6. Nouembr. 1609. coram R.P.D.Caualerio, vbi prosequitur non habere difficultatem quando fideiussor primæ in secunda nō se obligasset: tunc enim vt persequitur d. decisio in Romana pecuniaria potest fideiussor qui secundam contraxit agere contra ipsum confideiussorē primæ vt suam ratam contribuat ad solutionem cum enim ex secunda ipse confideiussor primæ non possit sentire aliquod incommodum cum in secunda non esset obligatus, ita etiam non debet participare de lucro vt latius in mox alleg. Romana pecuniaria. Verum Rota recedendo etiam ab ista vltima decis. in eadem causa Romana pecuniaria coram eodem R. P. D.Caualerio dixit quod licet dominium pecuniarium secundæ societatis esset acquisitum fideiussori illam contrahenti, tamen quia secunda societas erat facta pro extensione primæ cum d. declaratione, quod omne commodum, & incōmodum spectaret ad debitorem primæ absq; dubio lucrum pecuniarum secundæ societatis spectat ad eundem licet non esset pecuniarum Dominus, cum non sit absurdum vt aliquis non sit dominus sortis, & tamen periculum sentiat; & eadem

ratio-

ratione qua pecuniæ lucratæ cedunt ad commodum principalis debitoris in casu prædicto, ita etiam cedere debent ad fauorem fideiuss. primæ licet in secunda se obligauerit, quia omnes exceptiones competentes principali debitori competunt fideiuss. sunt verba Rotæ in mox alleg. Romana pecun. vbi etiam dicitur, quod isto casu fideiussor qui secundam societatem contraxit reportando cessionem non posset agere contra fideiussorem primæ; quia repelleretur exceptione cedendarum, cum non posset cedere actiones contra principalem debitorem, cuius commodo pecuniæ erant lucratæ. Admittit autem Rota ibi, quod licet pecuniæ secundæ societ. lucratæ cedant in diminutionem primæ etiam illius confideiussoris, quod tamen debent deduci damna, & interesse quæ fideiussor contrahens secundam passus fuisset, vt latius deciditur in d. Romana pecuniaria 26. Nouembr. 1610. coram R. P. D. Caualerio; cessarent autem omnes difficultates circa prædicta an fideiussor posset vigore cessionis agere cõtra cõfideiussorem in casu, in quo ex pecunijs habitis ad societatem à principali debitore, cuius ipse principalis bonam fidem recognouisset fuit extincta prima societas; tunc enim fideiussor primæ societ. liberatus remanet, & molestari non posset vigore cessionis; quia cum principalis ipse soluit, extinguitur omnis actio tam contra ipsum, quam fideiuss. & ideo creditor isto casu cedendo iura nihil cedit cum receptione dicti crediti omnia remaneant sublata: protestari enim debebat fideiussor obligatus in prima qui accesserat secundæ quòd illam contrahebat, ad liberandum se à creditore primæ, qui ipsum molestabat & præseruare sibi iura competentia vigore primæ obligationis, quod quando factum fuisset, & iura contra fideiussorem primæ præseruata fuerunt non dicuntur amissa, fuit decisum in Rom. pecuniaria 5. Junij 1595.

coram Cardinali Blanchetto, & in eadem seu Romana releuationis indemnit. 26. Ianuar. & 2. Martij 1598. coram Corduba.

Omissis autem casibus præfatis nō dubitatur quod
469 † fideiussor etiam, vt principalis principaliter, & insolidum in hac societate obligatus soluendo possit reportare cessionem iurium à creditore, etiam ex interuallo contra alios obligatos, vt post Gabr. consil. 63. lib. 2. Felic. de societ. cap. 29. num. 66. Rota in Romana cessionis 10. Iunij 1575. coram Robusterio, vbi hoc esse verum dicitur quando non fuisset oppositum de protestatione officialis, qui noluit teneri ad releuationem fideius. etiam si eis essent iura cessa. Verum protestatio ista tunc operatur, quando facta est in corpore instrumenti societ. quia tali casu non potest negari notitia protestationis in ratificāte societatem, secus vero quando facta fuit separata à societate, tunc enim cum cesset notitia nil operatur, vt fuit dictum in vna Rom. 20. Decemb. 1599. coram Reuerendiss. D. Damasceno, sed hoc quod dixi nunc de cessione quæ potest reportari per fideiussorem contra confideiussorem diffi-
470 cultatem habet in † officiali an ipse possit vigore cessionis habitæ à creditore agere contra fideiussores, quod latissimè disputat Castrac. cap. 68. per tot. ad quem me remitto.

Tandem sequitur in hac formula obligatio in forma
471 Cameræ † quæ semper in istis instrumentis solet apponi, vt per Leonell. super bulla Pij iiij. de societ. offic.
472 Glos. 22. vers. licet autem. sed superflua † est secundum aliquos in hac societate ad effectum habendi illarum executionem quia ad hunc effectum sufficit, vt dicunt quod adsit iuramentum. Felic. de societat. cap. 31. num. 72. sed melius dicit Leonell. d. Glos. 22. vers. licet autem, quod scilicet etiam circumscripta ista obligatione instrumentū huius societatis habet executionem

473 tionem paratam ex dispositione bullæ Pij iiij. + vbi disponitur quod societates contractæ iuxta formam ibi traditam executioni demandari debeāt; sed ad tollendum omnes difficultates bonum est apponere obli-
474 gationem cameralem qua stante, non est + dubium quod instrumentum societatis habet executionem paratam, Rota in Romana pecuniaria 11. Decembris 1613. coram R. P. D. Manzanedo, & d. obligatio non parit solum effectum executionis paratæ, sed infinitos alios de quibus latè scripsi ad Gallef. de oblig. Camer.
475 Verũ dubium est an + executio detur vigore fidei, seu memoriæ societatis, quæ solet fieri per notarium. Castrac. cap. 11. sub nu. 16. & seq. distinguit quando adest statutũ quod daret executionē paratam scripturis priuatis vt est in Vrbe, & ageretur in foro Capitolino, & tunc posset agi executiuè, secus deficiente statuto, vt si ageretur coram A. C. tunc enim secundum ipsum esset proceden. ordinariè, quod intellige procedere contra officialem qui tantum illam subscripsit contra alios autem procedi non posse vigore dictæ fidei dicit Castrac. d. cap. 11. num. 15. & seq. Tiber. in prax. libro primo cap. 21. num. 1. vbi hoc limitat, quando dicta fides fuisset subscripta à principali notario tunc enim vigore illius procedi posse contra omnes dicit Tiber. d. cap. 21. num. 2.
476 Sed + an possit notarius cogi vigore dictæ memoriæ ad faciendum instrumentum societatis cum obligatione Camerali, si in memoria diceretur, quod fuit confectum instrumentum cum illa obligatione disputat Castrac. d. cap. 11. num. 10. Ego credo quod sit attendenda consuetudo, & sic si in alijs instrumentis societ. officiorum solet apponi obligatio Cameralis
477 sit etiam tunc apponenda non est † autem dubitan. quod amissa etiam dicta fide, seu memoria societ. detur executio instrumenti illius. Tiber. in prax. lib. pri-

mo cap. 14. numero 3. in fine verſ. nec propterea; ſi-
478 cut + etiam ſi talis memoria ſeu fides non reperiretur nihilominus ſocietas remaneret probata per inſtrumentum. Rota in Rom. ſociet. off. 14. Iunij 1604. coram Illuſtriſsimo Ludouiſio.

LAVS DEO.

NOVELLA INSTRVMENTI SOCIETATIS FORMVLA.

DOMINVS N. miles S. Petri spontè &c. omni meliori modo &c. super d. eius officio valoris, vt asseruit medio iuramento, tactis &c. scutorum numero confessus fuit habuisse, & recepisse in societatem duraturam ad sex menses, & deinde ad beneplacitũ ambarũ partium cum disdicta 15. dierum præcedẽtium, quæ fieri possit etiã domi dimissa copia, tàm ipsi D. Officiali, quàm vni ex fideiussoribus accessuris, & in euẽtum absentiæ ab Vrbe per affixionem ad valuas Curiæ siue per contradictas, aut edictum publicum ab admodum Illustri, & Excellenti D. Laurentio Phæo Sacræ Consistorialis Aulæ Aduocato Romano scuta 500. monetæ ad iul. 10. pro scuto prout manualiter, & in contanti in tot paulis argenteis, & testonibus in mei, & infrascriptorum testium præsentia recepit, & ad se traxit, & de illis &c. exceptioni &c. speiq; &c. & generaliter &c. quietauit &c. per pactum &c. Qua societate finita, seu disdicta d. D. Officialis promisit eid. D. Laurentio restituere dd. scuta 500. ac soluere fructus decursos & non solutos hic Romæ liberè &c. & interim illa durante facere eundem participem super omnibus d. sui officij fructibus quos fructus asseruit medio iuramento ad se pleno iure spectare nulliq; alteri

obligasse, nec alium fecisse, nec facturum contractum huic societati præiudicialem; Ipsosq; fructus sufficientes esse, & correspondere pro rata fructibus huius societatis, quam ratam taxasse asseruerunt ad effugiendum calculatorum fastidia ad rationem scutorum nouem similium pro centenario, & anno quolibet de semestre in semestre, & in principio cuiuslibet semestris hic Romæ &c. liberè &c. cum pacto quod huiusmodi societate durante. moriente verò (quod absit) N. vel persona, seu personis in ratificatione præsentis societatis infra 15. dies nominan. & interim, & illis elapsis si non nominauerit super ipsius D. Laurentij vitæ periculo morte tamen naturali, & non violenta, exceptaq; Peste, Bello, Ferro, vel Veneno, aut alio Epidemiæ morbo, & si fœminas nomiuauerit excepto partu, & illius causa partus ipse officialis superlucretur dd. scuta 500. & teneatur tantummodo ad solutionem fructuum decursorum, & non solutorum cum potestate huiusmodi periculum vitæ transferendi in vnam, seu plures personas, ac toties & quoties ipsi videbitur & placuerit cum intimatione 15. dierum præceden. & non perceptis fructibus &c. Moriente verò (quod similiter absit) d. d. officiali quandocumque, vel morte quacumque sui nihilominus hæredes, & successores, ac fideiussores infrascripti teneantur ad restitutionem sortis principalis, & solutionem fructuum decursorum, & non solutorum Ac d. d. Officialis promisit &c. facere accedere vti principales &c. DD. N. & N. Quibus deficientibus, seu conditionem deteriorantibus promisit dare alium, seu alios æquè idoneos ad contentamentum ipsius D. Laurentij quæ omnia &c. aliàs &c.

INDEX

INDEX MATERIARVM

quæ in hoc Opere continentur

Ordine alphabetico dispositus.

Primus numerus significat numerum operis, secundus paginæ.

Mor-

Nec

Licet

partu

Per

In

ex-

inde

catio.

Valere

LAVS DEO.